



6/29

2 - 16 - 65 - 66

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

3 -

18-00-Subt

18-3-45

5



P. OVIDII
NASONIS POETAE
SVLMONENSIS, HEROI-
DES EPISTOLAE, CVM
INTERPRETIBVS HVBERTINO
CRESCENTINATIS, ET
IANO PARRHASIO.

EIVSDEM SAPPHO CVM DOMITIO, ET IBIS
cum Christoph. Zaroto. Cum enarrationibus. Iod. Badij
Ascensij in hæc omnia, Et annotationibus
Ioan. Bapt. Egnatij.

QVAE NON VT ANTEA, PLVRIMIS FOEDATA
mendis, sed acri studio emendata, atque omni, quantum licuit,
ex parte expolita, emisisimus. quod alios libros cum
nostro confidentibus patebit.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Polum.
M D LXX.

BIBLIOTEGA
F. M.

ЕАГОДИСАМ

ИСКОЛІСАМ

ІВОДІСАМ

OVIDII VITA PER CHRI- STOPHORVM ZAROTVM IVSTINOPOLITANVM

COMPILATA.



V.B. OVID. NAS. Pelignis in oppido Sulumone 13. cal. April. ex Botio equestri ordinis patre natus est, secundo quin quattuorum die: eo quo Hircius & Pansa Coss. Mutinensi bello cecidere, anno fratrem habuit maiorum natu, cum quo in patria est educatus, primaq; literarum rudimenta edocitus. Mos utrumque adulteram pater Romam misit, ut cloquentiae studiis pariter, & legibus incumberent, questus acquirendi gratia: facile alter parentis praecptis paruit, qui nisi diem fata prematurassent: uigesimali enim etatis sua anno è uita discelsit, causidicus optimus futurus uidebatur. Ouid. autem non sine maxima molestia aliquandiu foro operam dedit. reosque ple- runque defendit: interq; centumuiros iudicium dixit: quantum in declamatio- nibus extiterit: Seneca nobis testimonio est: qui cum declamatoribus inseruit. Defuncto patre musis, & poëtice totum se tradidit, à quibus studiis inuitus se- cesserat, utq; etiam in eis melius proficeret græcas literas didicit: quo tempore sub M. Varrone, cui & acceptissimus fuit: sicuti & sub Corn. Gallo militiam exercuit. Vxores tres habuit quarum primam: quæ ei penè pueru nupserat, ob morum insolentiam, turpitudinemq; dimisit. Alteram quoque repudiavit: cau- sa nobis, cur id fecerit, incognita tertia uero diutius cum eo mansit, ex qua filia Perillam nomine habuit. Demum ab Augusto Imperatore annum agès quin quagesimum in Pontum Euxinum relegatus est, cuius exilii causas, quis est, qui facile norit, cum & ipse modo hanc modo illam referat? satis tamen constat ibi per nouem annos mansisse, ubi extremum obiit diem. Anno Tiberii quinto: & prope Tomos oppidum sepultum. Siue propter libros, quos de Arte Amandi compositi, exularit, quod non mirum uideri debet, si quidem feruntur libri hu- iusmodi à Iulia, & Drusilla uehementer concupiti: perle etique assidue, unde & suspicio orta est incensas libidine amatores suissecutas. Cæsarem uero eo us que excanduisse: ut & auctorem huius mali in exilium pepulerit Ouidium, &



pariter mulieres, tametsi quid meruerat Ouidiu quonam pacto potuisset eius blandimentis carminis, nisi suum corpus antea prostatuere cupiuerent, siue qui (ut alii volunt) Sydonii auctoritatem in medium aferentes, quia Iuliam Augusti puellam ex Liuiam filiam amarit: quam ab Ouid. Corynnam falso nomine appellatam tradunt: quæ causa à nobis minime probari potest, nec à quoquam docto, si ex examussum Sydonii verba trutinarit, & quid de Corynna ab Ouid. scriptum sit, leget haud principis puella digna, siue, quia Liuiam Drusillam nudam uiderit, aut Aug. principem, cum exoletis consuētēt, quæ ambæ causæ satis placent cum & ipse quoque iudicarit.

Cur aliq[ui]d vidi, cur noxia lumina feci,
Cur impudenti cognita culpa mihi est.
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda fuit canibus non minus ipse suis.

Si quis autem curiosus hæc scire affectat: eiusdem de Tristibus: tum de Pon to libros perlegat: nos tantum in præsentia diuersas attigimus opiniones illo rum, qui exilio Ouidii meminerunt. Multa carmina scripta memorie reliquit auspicatus est primis teneris adhuc annis Heroidum diuersarum epistolas. De inde Amorum libros 5. ad Corynnam, quos ad tres redegit: hi de fine titulo quoque nuncupantur. De medicamine faciei. Arte Amandi ad iuuentutem Romanam libros tres: quos parricidas solet appellare. De Remedio Amoris libros duos. Metam. libros quindecim opus diuinum, heroicq[ue]; carminis dignitati conueniens, licet in eum nimis lascivire dixerit Quintilianus. Tragedias quoq[ue]; adorsus est, quarum Medea maxime à Fabio Quintiliano, & Corn. Tacito approbat: atq[ue]; nanq[ue]; Fabius in decimo Ouidii Medea uidetur mihi ostendere quantum vir ille ingenio præstare potuerit: si ingenio suo temperare, quām indulgere maluisset. In malos poetas librum compositum, ut Quintilianus refert. Epistolam consolatoriam ad Liuiam Augustam de morte Drusii Neronis qui morbo in Germania perierat. Bellum Actiacum inchoauit. Ad Tiberinum libros duos. De Tristibus quinq[ue]. De Ponto quatuor. Fastorum duodecim: sed nisi sex manibus habentur temporum incuria. In Ibin inuenientiam vaticinia unico absoluit libro. Triumphum Cæsaris. De piscibus opus inchoauit, ut Oppianus scripsit lingua Getica. Libellum de gestis Imperatoris apud Getas. Nonnulla etiam alia opuscula Ouidio ascribuntur: quæ an ipsius fuerint non laboro: videlicet de Nuce, de Philumela, de Pulice: non tam, hæc habemus cum multa interierint: seu librariorum inertia, siue temporum iniquitate. Quem autem inter Elegiacos poetas locum teneat: ex Quintiliano facile datur intelligi: cum ait Elegia quoq[ue]; Græcos prouocamus, cuius mihi tersus, atq[ue]; elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Pro pertium malint, Ouidius veroq[ue]; lascivior: sicut durior Gallus.

IOANNIS BAPTISTAE
EGNATII VENETI
IN HEROIDAS OVIDII, SAPPHO,

ET IN IBIN OBSERVATIONES.



EX PENELOPE.



IVE quis Antilochum, ex Politiani Miscellaneis hoc expedito. (Hoc lacer admissos) Quis non vider admissos equos Hectoris laceri legendum? cum vox ea admissos celerem Ouidio, Valerio, reliquis significet magno eorum errore qui admissos legant. Ouid.certe ipse in Faſis. Et celer admissis labitur annus equis. Et item: Hanc quandam Cytherea dieni properantius ire Iuſlit, & admissos precipitauit equos: Ec in Phyllide: Et lacer admissis exigit ebris aquas. Quin & Valerius de Fulvio admisso, inquit, equo Theanum contendit, quia vox inde vī esse ducta & adiunctis equis celerius inter conficimus. (Rectulit & ferro, Rhefumque, Dolonaq; Cefos) Mirum est cum adeo pareant Heroides Ouidianæ haec tenus syllabam claudantem in hoc versu non animaduersam, cum Dolon ubique, primā corripiat. Ut ausum eadem quix nos Phrygia de gente Dolona. Quare addenda fuit dictōq; Hom. n^o δέ τις οὐ τράπετο δέλλαν δέ μι δίος γέ θ. (Quid tibi Pisandrum, Polybumque, Medontainq; dirum?) Et hic etiam addenda copula fuit, cum Medon & ipse corripiat primam.

EX PHYLLIDE.

TORVVS QVE procrustes) Non, procrustes, vt ἀπὸ τοῦ προκρούντος i. ab impellendo veniat. (Cressa relicta) Alijoēs, Puella. Nos ex manuscriptis libris, Cressa relicta, emenda uimus, in quo verbo & grauius παρότι esse videtur, & acrior Phyllides accusatio.

EX BRISEIDE.

BIS sex assueti) Omnes alij lib. Bis septē, nos ex Homerica Rhapsodia bis sex. in qua Phenix sic Achillé loquiſt̄ αἰδώνεις Αἴδη λέγεται τετράστιχος, οὐδὲ θυμαῖς πονούντες αἰδώνεις λαθεῖσιν φέρεται. (Inter Achēidas longe pulcherrima matres) Mirum videri potest versum hunc, cum tñ haec tenus claudicariet, non esse etiam ab ijs, qui doctissimos se se putat, animaduersuni, cū haec tenus aut corrupte legerint, aut corruptius emēdarint. Nos Achēidas nō refragāte grēcorū veterū forma, & vñ quadrante ēt syllabā eniendamus, nec nēcīo ab Achaia εχεῖs, deduci. Quod vel ipse Hom. Rhaps. probet. οὐ πινδαῖς καὶ οὐδὲ γένεις εχεῖs. Qui tñ versus admonere negligenterissimum quemq; poterat, carmen Ouidianū non ita legi posse. Quare syllaba non repugnante Achēidas vt apud Theōdritum emendatis lib. in Helenæ Epit. n^o δέ τις οὐτε πατεῖ οὐδὲ μιάλλα. Callim. in Delon. οὐδὲ εχεῖs μιάλλα πατεῖs. Sed de hac nominum forma in Sapphus epistola plura, cū de lapsu eorum qui non minus docti, quam diligentes videri voluunt, agetur.

EX PHAEDRA.

ELELEIDES ait) Omnes ad hanc diem, Eleides, in quo nescias, utrum magis accu-

E G N A T I V S.

ses negligentiam hominum an incitiam, an potius verunque, quis enim nō videat versum si Eleides leges, subsultare? Iam Bacchi nomen Eleleus erat, quod Ouid.auctoritas Met.6. prober. Nicetileus, Eleleusq; patens. Quod nomen Apollinis etiam esse Mac.prodidit, dicuntq; illud. & ποτε τοῦ ἐλέπτεται μετ' θν. οὐ. Quod xtern.o.s.meatu circa terrā voluit videat iam Eurip. οὐλε τούτης πόσιοι τοῦ λίσταντος πολλού πνεός. Nec vero minus Emped.de illo. οὐλε τούτης μέγαν οὐρανὸν καμφίπονθν. Siue igitur à volutione huiuscmodi. Siue ab Elele Bacchantium voce. (Nam etiam à sonis Bacchum dixere & Bromium & Iacchum) siue & ipse qui & Apollo sit, à rotatione illa perpetua dictus Elelus est, vnde Eleides quoque fāc sunt, vt aliter versus legi nequaquam possit.

EX OE N O N E.

DEPRESSA est humili cana pruina casa) Sunt qui, Defensa, legūt, qua ratione dixit Vir. defendere teneras Myrtos à frigore, & defendere frigus testis, vt Cell. & ex Quadrigarij australib. obseruauit. (Ad fontē Xanthi versa recurret aqua.) Iam illud prouerb. Gracis vspurpatum frequens innuit dubio procul, quod illi. ἀντοτεμών. Ex Euripid.iambico in Medea, sic.n. Choru. ἀντοτεμών, ιπάν χωρόσ ταγάν. Vnde etiam Horat. qui neget ardus, Pronos relabi posse riuos, Montibus & Tyberini reverti? Cie, quoq; in epist.ad Att.principio tantum Graci versus vsus adagij huius meminit. (Pulydamāta roga) Ex imitatione Homerice & hic, & alibi, ne syllaba subulset, legimus Pulydamanta quemadmodum & Pulypus, licet alij Pulydamanta & Pulyump, vt si, omega, scribere malint. (Ipse repertor opis vaccas paucis Pherecas fertur) Callimachus diuersam ab alijs causam seruitur canit, cum L. Admeto Apollinen seruisse prodat, & adolescentis amore caprus esset, atq; ad emerendum eius amorem gregem ab eo pueri pastum.

EX H Y P S I P I L E.

NON huc Aesonides, sed filia Phasis Aeete) Dubitaui s̄pē anteā quā maxime probabilis esset huius carminis lectio. An huc ipsa, quā ipsi reliquimus, an quā alij substituere. Phasis Oētē legētes, cū hīc, tum in Medea, vt Oētam bissylabū fecerint, ergo vt cōtractiōnem illā male ēt ab his scriptam non haec tenus legere memini, sic malim trisyllabū seruare, ut diphthongus illa corripiatur sequēte vocali, quod & Gracis & Latinis nostris est peculiare, in duabus, s. dictiōnibus, cū vna, n. terminatur diphthongo, & subsequens à vocali incipiat, corripirot diphthongus natura p̄cedens alioqui lōga. Vt insulē Ionio ne græca citem. Et Ilio alto, & Pelio Oīla. Sed & in eadē dictiōne Virg. cū dixit, Sudibus ue pītis, diphthongum corripuit, quin & ipse Ouid.in Met.7. Quos vbi viderunt p̄racta t̄ uspīdis hastas. Tamētū sunt, qui legant, Peracutę, uerū hoc Aesonij nullus inuertere posse, cū ille in Protericto ad nepotem scribens hoc uersu ita ludat. Tē p̄reunite n. pos modulata poēmata Flacci. Addē p̄ uix legas, nisi memoria me deficit, Aetam bissylabum, nā ille Ouid iux uerfulus, ita legitur ita uetus lib. Dissimilem̄q; animum subiit Aeeta relitus. Et paulo post Ouid. Cum rapido fallax Aeetas igni Imponit purū laticem. Et Medea: Non erat Aeetes, ad quem despecta ueniret. Et iterum: Non senis Aeete regia Lemnos erat.

EX D I D O N E.

POENAS uiolatz Sichzī) Sunt qui, Sichzō, malint. (Mille procis placui, q; me coiere frequētes) Videndum, an desit in p̄repositio, uel quid simile, ut in me coiere legas. (Sceptraq; sacra tene) Alij, Sceptra sacra. Nobis uetus lectio disiplere non potest, & alioqui lib. omnes manuscripti ita habent. Nec steterunt) Ea forma quo Virg. Steteruntq; comic. & Terent. Emerunt. (Certius ibis) Sunt, qui, Serius, malint.

EX H E R M I O N E.

SI te iam tangit, Oreste) Alij pia tāgit, alij nunc. (Induit illa patrem) Accuratius obseruandum censeo quid illud uerbū Induit libi hic uelit. Nam interpres ganniunt. (Diffundi-

E G N A T I V S.

fundimus iram,) Et hinc facile appetet diffusiones dierum esse legeudas apud Iurisconsultos & Gellium non diffusiones, quod quibusdam placuit, ut improbem faciant, qui immunitate veteres lectiones audeant.(Qua duo porrestus longe freta distinet Isthmos, Vesta peregrinis.(Hippodamia rotis) Duo sunt aduertenda, & quod male lib. omnes habet: Detiner, cum distinet dubio procul legendum sit: quod qui uel mediocriter doctus aduertat, & quid sit illud quod externas rotas in Hippodamia hic dicat Ouid. Nos rem eruditis etiam nou paucis ignotam breui explicabimus, ex Pindaro in primis, & Apollonio, qui cum interpretibus suis prodidere Hippodamiam inter currendum alieno curru, id est procorum, qui cum ea cursu certabat, esse uestram, unde & hoc in loco peregrinas rotas Pelopis currum intellexit, quo donatus ille à Neptuno est iu amoris olim compensationem.

E X D E I A N I R A.

S E tibi pax terræ) Alij lib. Pars terræ habebant. Nos ex manuscriptis lib. Pax restituimus. (Theutrantia turba) Non Thestitia, aut Thespiae, legendum esse facit, cum illud à Politiano inueniunt, tum etiam quod Stephanus Theutrantem Thespiae patrem facit, à quo Theutrantia turba iure Thespiae appellatur. (Vna recens crimen refertur adulteria) Nos syllaba refragante quandoque referetur, nunc vero diligentius examinata re, desertur legendum censemus, & proprie id verbi significatum sit, vnde & delatores, sed & lib. unus manuscriptus, Desertur, habuit. (Inter Ioniacas) Alij Mœnias inter reclamante lib. fide, ex quorum auctoritate lectionem ita restituendam admonere lectionem uolumus. (Scilicet immanes Elisis fauibus hydros Infantem, & caudis inuoluisse manum.) Multis erroribus uersiculi hi duo sœdati antea erant, qui tamen ita restituendi (vt arbitror) fuerant, fit tamen hoc integrum lecturis. (Quodq; inter Ixuimq; latus, dextrumq; lacertum) Habetum compressi ab Hercule Ante his uerbis expressir Ouid. vt male emendasse uideri possint, qui Ixuimq; latus Ixuum lacertum legerint.

E X A R I A D N A.

S E M I S E P V L T A) Lib. omnes, Semisopita, præ se ferunt reclamante tamet syllaba, nam sopire semper primam producit, ut apud hunc ipsum infra Medea. Quz me non possum, potui sopire Dracō nem, Et Hypermnestra. Dum petis amplexus, sopitaque brachia factas. Tametsi sopor corripiat, quare semisepulta liberius eodem sensu legerim. (Nec facta luisses) Emendauiimus cum haec tenus omnes lib. nullo sensu tulisses haberent.

E X M E D E A.

A T tibi Colchorum) Alij, Vt, legunt. Sed quo sensu ipsi uiderint. (Cur unquam Colchi) Quis non videat hoc totum ex principio Medea Enianz deductum? auxilla enim Medex apud Euripidem, & ex nostris Ennius, sic ferme ceperit, versus aut notiores sunt, quam vt à me sint huic loco inferendū, odiosa enim omnis ostēatio presertim ubi magnitudo rei non excusat. (Excipit hospitio iuuenes Aeta reliktus) Et in hoc uersu addidere quidam patet, vt bissyllabum Aeta facerent. cum tamen trisyllabum sit, vt paulo post in eundem hunc sensum. (Dixerat Aetes) Adde q; male etiam scripserint, dum Octam scribunt, sic enim montis est nomē. (Vt vidi, vt perij) Alij, Et vidi, & perij, mili ex Theocriti, & Virgilij imitatione hoc probabilius est vilum magisq; poëticum. (Hec animum, & quota pars etiam mouere puellæ) Pudendo errore addiderant, & legerant omnes posse ut mouere, qui non ui debant saltē obstatre syllabæ quantitatem, si mouere perpetuū faceret modum, quare nos ex perpetuo perfectum facimus sensu, & syllaba quadrāte. (Aut uos Scylla rapax) Quid est q; Scyllæ meminerit, quæ adeunda illis ex Ponto redeuntibus nequaq; erat? An errore mulierib; & animi mōrere qd dicat, nescit? An Ouid. id innuit argonautas mari iactatos, qd Græci ēt poëta quidā ceciunere ad Africæ littus appulisse, vt vel inniti Scylla Charybdisq;

E G N A T I V S.

vortices subierint. (At subito nostras vt Hymē cantatus ad aures) Quid alij senserint in hoc verbo, quod ab syllabz moramentum attiner, haudquam nos fugit, mihi tamen probabilitor eorum est uisa ratio, qua syllabam hanc corripiendam esse crediderunt, vnde & ex vetustis lib. vt addidimus, & paulo post in altero versu, & particulam substituimus, cū impressi ad hanc diem lib. Turba ruunt, Hymen clamant habuerint. Nec vero illis Catullianum carmē fauerit, vbi ille intercalari numero videtur quandoque producere, cum diuersam ille secutus sit rationem, & licentior aliquanto in syllabarum spaciis habeatur. (Turba ruunt, & Hymen clamant, Hymenex frequentant,) Adeo ne quosdam esse vel grammaticæ rationis expertes, vt non aduerterint Hymenæa legi nequaquam posse, vnde enim ille accusandi casus in a, deducatur. Aut quis quarto casu Hymenæa dixit cum in $\alpha\theta$, rectus exeat, sed nobilissimi saltē poetæ testimonio admoneri poterant, qui in libris de Ponto sic scribens ad Max. cecinuit : Ille ego qui cecini vestros. Hymenæon ad ignes. Verum in Ibin de hoc, hisque similibus alia, nam nec scribimus iustum nunc opus, & admonere tantum lectorum volumus. Alioqui, & Hypermestra. Vulgus Hymen, Hymenæa uocant. Et Catullus: Hymen, ò Hymenæa, Hymen.

EX LAODAMIA.

L I N G V A Q V E mandantis) Sic emenda cum hac tenus mandatis legeretur. (Dux Paro) Ineptum, & perridiculum est, quod opici quidam, & male initiati literis Dyspari ex Homerica Rhaps. supponendum contendere. Quem non violauimus ignem. Non faces ab Ouid. pro igne intelligi subsequens versus segnissimum quemq; admonere poterat, sed eū ignem, quem cum aqua à noua nupta tangi moris erat. Plut. in Probl. & alijs, nam & quinq; faces adhibebantur, quemadmodum panis cum aqua in eisdem nuptiis Diony. Alic. Quid Io freta longa percrras ? An hic, vt in Ibi, primam huius dictiōnis corripuit, an vero vox est exclamantis .

EX PARIDE.

S E D nymphis etiam cura que amor que sui) Quid est quod nymphis curam se suisse dicit ? An quod, & alias præter Oenenon amarit ?

EX HELENA.

M I L I T I A est operis altera digna tui) Sic enim libentius legerim.

EX HERONE.

L E A N D R E, tu vide) Ne vbi producitur prima syllaba Græcorum de more Leandre sit scribendum .

EX ACONTIO.

E T Thetidis quale vix reor esse pedas) A' ἐγνόπτευτη, Thetin ex Hom. Rhaps. innuit. (Maceror interdum) Granimatori quidam dum macerari verbum prima correpta pronunciari posse contendunt, versiculus hunc ingeniosissimi Vatis contaminauerat, no aduertentes inuersum esse uerborum ordinem, & sic relituendum, vt nos emendauimus. (Si genero sa probaris) Sunt qui, Probatis, malint, ac si dicat tu tuiq; oēs probatis stemmati in coniuge. (Tūc mea difficultas) Sic legendum, non, Difficilis, qñ melius dicitur Nauem deductum difficulti ex quo. (His tñ aduerso) Vide ne legēdū sit Bis, vt significet Cydippe nō semel Vētū aduersum suisse. Miror, & innumeris structa de cornibus arā. Nō ego hoc loco plura quam quæ Politianus de ara Delij Apollinis ex cornibus facta frequentibus addā. Ad illū diligenter Lectore r̄elegamus. Et de qua pariens arbore nixa Dea eit. Oliuꝝ palmæq; arbore, cui Latona pariēs innixa eit innuit ipse in 6. Met. Illie incumbēs cum Palladis arbore palmæ. Sed Plut. fontiū fecit hæc noīa, obiecta q; Latona Draconis specie p̄cipitasse fēse de saxo territā Græcis hæc auctoribus cantatissima sunt. Satis uobis est digito fontē quærere uolentibus ostēdisse, nihil. n. ineptius, aut fruolum magis censeo q; vbi in puerilibus ostētare inge nū aut eruditioñē uelis. (In lœvum versor, cum vocat ille, latus) Iam q; non videat legē dū lœvum, non dextrum? si quidem decubentes dum auersantur eos, q; inuisunt, in lœvū re clinent

E G N A T I V S.

clinet latius necesse est. Mirabar quare tibi nomē Acontius esset. Si Euripidis illa in Polynīcis nomine interpretatio iure irrisa explosaq; est à doctis, nescio an hēc p̄bari Ouidiana sa-
tis debeat, cū in eius nomine ludat Cydippe quasi iam inde à puerō sortiri nomen hoc po-
tuerit, q̄ in illam iaculatorū esset amoris faciem ~~hōrriō~~ n. Grēcis iaculū. Sed hēc qnq;
poētis v̄surpata in earū p̄sētīm personarū seruādo decoro, quas minus prudētes paritasq;
introducunt. Teq; tenente deos. Omnes hacceus deo, nullo (nisi fallimur) sensu.

EX SAPPHVS EPISTOLA EGNATIVS LECTORI.



Ontulimus olim in hanc epistolam aliquanto p̄lus industriz, ac curz,
tum q̄ ceteris corrupeior hēc erat, tum q̄ tametsi cum reliquis ab Oui-
dio scripta videtur, illam tamen doctissimus quisq; ita semper admir-
atus est, ut secerendā ab aliis censuerit, ac si inter illos minores parti-
tios allecta cōmūnem sortem nou ferat, eminereq; statim ceteras de-
beat. Quare & Calderinus, & ante illum Merula, veluti in Olympio
stadio celebres Athletz, non citra pulueris (quod aiunt) tactum, desu-
darunt, & vt coronam reportarent, cōtenderunt ac si Pythia illa ac Ne-
mea, uel si qua alia in terra Grēcia celebrabantur olim, veram cumulatamq; vīctoribus glo-
riam afferrent. Et sane ut illa quidem sacra omnia erāt, & Olympicus Agon, uel Louis ma-
iestate, uel Herculis, qui primus institutus auctoritate, uel etiam loci magnitudine, ac clar-
itate cetera terræ Grēciz p̄stebat, ita hēc epistola, tametsi cum reliquis scripta fit, & au-
toris ip̄ius maiore quodam studio, & personz, q̄ sultinet gravitate, & euētu maxime me-
morabili digna semper est uisa, quæ & principem sibi locum uendicaret, & maiorem di-
ligentia exp̄scoeret in q̄ si à uiro in primis eruditio, ac de studijs nostris optime merito dis-
sentire in paucis uidebor, ignoscet ille cum ceteris, cum in non paucioribus illū, & sequar,
& laudem. Utinam quam eius literas ac studium emulatione multorum digna iudicio, tā
possem & ce. era his zmulanda proponere. (Sapho Phaoni) Non ingratian tibi lector futu-
ram fabellam existimo non animaduferam ab utroque commentatore, q̄ primo adoleſen-
tis nostris Tirocinio ex grēciis scriptoribus in racentationum nostrarum capite vulgau-
mus. Tu si vacat, inde eam petas. Nunquid vbi, alij ecquid ut emendarunt. Sed ipsi uide-
rint, mihi uetus lectio non immutanda est uisa, ubi prefertim auribus illa obsequatur ma-
gis, & consenuitiam probetur eruditiorum. (Elegia fleble carmē) Et hēc lectio mihi sem-
per uisa probabilior q̄ elegi verbum aut elegi quoq; subſtitueret quidam, id quod incon-
cinnum absurdumq; videatur, nec ingenio poētz cogruens, qua aut ratione fiat, vt syllaba
ea lōga sit, & auctōrū uſu probatur, & a rōne nō abhorret. (Nec mihi Pyrino subeūt Mnais
ue puellz, Nec me Lesbiadum cetera turba iuuat) Neq; accusare quempia est animus, nec
tū mihi affluso, vt si quid alij diuersum à me senserint, id ego statim ad inuidiam meā tra-
ham. Sua cuiq; placent, ego mea vt non multum admiror, sic melius nihil habeo, non facile
contemnere a ut damnare sole illud tñ in bonam partem dictum à me accipiunt uelim, q̄
immutarint lectiōē, totamq; inuerterint, non mutaturos suisse, si rem conſideratiū exp̄
dissent. Qui n. quzso Pyrrhiades à Pyrrha, aut à Methymna Methymniades deduci posuit?
Aut vnde hēc tam insolens, tamq; absurdā deduſtio? dicimus quidem Lesbiadem, Pelasgia
dem: Achēiadē: Heliconiadē, & cetera id genus, sed ut ratione non careant, non tñ Pyr-
rhia dem Methymniadē non magis q̄ Mithyleniadē. Romaidē, aut Cyrriaden, & nec
ufus, nec ratio patiatur. Vnde enim Patronymicum hoc muliebre formatur, aut quō? Si n.
Pyrrhazus, ut Methymnēus est nomen posselliuum, ut sunt, nullo pacto poteris inde hoc Pa-
tronymicum deducere, aut cuim Pyrrhas faciet, aut per diſsolutionem Pyrrhaias, utrum
aut dixeris, & duriter, & insolenter id deduxeris, quod si Pyrrhiades legeris, syllaba clau-
dicet necesse est. Nos igitur à veteri stabimus lectiōē, examinēt illi rem totam, ut ingenio
excellunt, & eruditione prestant, facile (vt opinor) recantabunt. (Quas hic sine crīmīne a-
maui) Non displiceret ea lectio, quām astruxere, quis non sine crīmīne amauit. Sed interim
ampliari iudiciū postulo. Nec me despicias, si sum tibi corpore parua. Mēſuramq; brevis
nominius

E G N A T I V S.

nominis ipsa sero. Diuersa longe est lectio, quæ nunc circunservatur. s. (Sum breuis, aut non
men, quod terras impleat oës. Est mihi mensuram nomini ipsa sero.) Sed uos erronem tel
lure. Alij ò vos erronem, uetus lectio. Nec uos erronem tellure admittit noſtrū. (Nisiades
matres, fidelidesq; nurus.) Alij. Nisiades matres, Nisiadesq; nurus. vt sit geminatione iu-
cundius carmen. (Tu quoque quæ immites celebras.) Alij sic emendantur. Tu quoq; quæ
montes, sed uiderint, illi, ne montanum ac subagreste quid oboleat hæc emendatio. (Non
Arabum noster rore capillus olet.) Alij non Arabum uoster dona capillus olet. (Nou ut
amas oro, uerum ut amare finas.) Sic corriges quemadmodum id quod sequitur. Admonuit,
q; uis alij admoneat. (Per tibi qui nunq; longe discedas, amorem.) Alij oës discedit. Nos ex
affectu optantis fœminæ illum modum subtilitius as si dicat, qui ut nunq; discedat, & ha
beat à me, opto. (Postq; se dolor imminuit, mea pectora planxi.) Alij. Nec pectora plangi,
vbiq; tñ Ouid. priore uerborum forma hanc sententiam contexuit, ut Canace. Exierā tha
lamo, tunc demum pectora planxi. (Et Medea) Protinus abscessa planxi mea pectora uelste.
Addē q; uix dicitur nec puduit plangi pectora, sed plangere ut exulolare. (Frôdibus & uul-
la dulce queruntur aues.) Vbi olim mille nullo sensu, emendabis nullæ, altere & syllaba nu
tet, & sensus non quadret. (Grata prius lacrymas cum bibit herba meas.) Omnes hastenus
combinabit legere, mihi cum bibit non displacebit, ut hic planè sic sensus incubuisse, sese in locū
frequentius ubi ante iaceruant, cuni interim herba, locusq; ante illi gratius exciperet suas
lacrymas, quæ fluenter ad Phaonis memoriam, si quis tñ & combinabit probat, non admodū
repugnem. (Sola uirum non uita pie.) Emendabis pie. prius enim cassa uox semper uisa est,
ac nihil. (Et nitidus uitereoq; magis per lucidus amne. Fons sacer.) Alij aliter. Est nitidus
uitroq; magis per lucidus amnis. (Vna nemus) Quid enim sibi uelit uetus lectio nō uideo,
Vuda nemus, qn & Domitius iam ante id agnouit, & sensus una exposcit. (Ante oculos ui
sa est Nais aedile meos.) Non possum non admirari tantam lectionis varietatem in codici
bus deprehendi, uetus enim lectio sic ferme habet. Formosus puer est uisus aedes mihi. Nuc
alij diuerte legunt. (Constitit ante oculos Naias uia meos.) Vbi miror quid sibi uelit hoc
nomen, quod quidam legunt per ypsilon, manuscriptus liber noster sic habuit, ut emenda
uimus, q; igitur malint, eam sequantur, illud testari possum ueteri si lectioni steterit, difsen
tire à se. Ouid. qui statim non ad Cupidinem, sed ad Nympham. i. hanc Naida conuerfam
Sappho faciat cum, inquit. Ibibimus ò Nymphæ, quo in uersu grauis insederat error, ut Nym
phas alloqui uideretur, cum Naiem N y mpham, quæ oculis obiecta illi fuerat, alloquitnr,
& sic Nymphæ uocandi casus erit Græcorum more unitatis numero. (Nec mora iustus amas
tenuit lectionis Pyrrhæ. Pectora, Deucalion igne leuatius erat.) Admonuimus iam alias
varietatem lectionis incredibilem deprehendi in hac epistola. Nam quidam adeo diuersi
abeunt, ut nec uerba, nec sensus cum ueteri lectione cœueniant, mihi uon tm animi suit, ut tā
tani immutationem admitterem integrū relicturus aliis, quid magis illi probatur si sit, alij
igitur non fortasse male. Nec mora, uersus amor fugit lentissima mersi Pectora, Deucalion
igne leuatius erat. (Ibibimus ò Nymphæ) Vocandi casus est unitatis numero, & Græco more
enunciatus. (Grata lyram posuit tibi Phœbe poëtria Sappho) Domitius, & alij, Poëtica Sap
pho, ignoscant illi, tam perperam legunt, q; male interpretâtur, nemo .n. nescire pot est qui vel
græcis elemētis imbutus sit, non dici substantiue vnq; sic poëticam, dicimus enim poëticā
artem, ut Horatij Ars Poëtica, sed poëtriam muliebri gāe, ut poëtam, quod græcis impri
mis peculiare est. Nomina nanc; hac forma apud illos multa, ut, Ιάτρις, θεάτρια, παιδία
Lesbides æquoreæ nupturaæ, nuptaq; proles. Sic omnino melius, ut illud ē quod sequitur
amat, potius quæ amare. (Me miseram dixi quem modo penè meus) Male uetus lectio quæ
nos uero quem, alij quam. (Ecquid ego hæc precibus) Alia lectio ecquid ago precibus. Pup
pique tuz uotiuza paramus. Quis non uidet etiam reclamante librorum fide legendum pa
ranius non parantur ex amantis affectu? significare enim voluit nuncupata à se ipsa uora
pro Phaonis reditu. (Non tamen inuenies, cur ego digna fuga.) Hic uersus per parenthe
sin omnino legendus est. Hæc sunt Beruti optime quæ à nobis summo studio ac diligen
tia in hac epistolam iampridem elucubrata breuissime uti uides complexi sumus. Tu (ut
spero) non parum uoluptatis iam ex hac lectione capies, ceteri etiam emolumendum,
quando

E G N A T I V S.

quando epistolz omnium elegantissima: ita nunc legetur, ut intelligi possit. Quin etiam & Domitio ipsi viro plane erudito, & in hoc commentandi genere facile principi nō paruam opem attulimus, quippe qui labores hominis partim neglectos, partim etiam fūdatos, ita restituimus: vt ipse cum suo Nasone percipi tandem queat. Nam præter alia sanata vlera, græca omnia, quæ desiderabantur testimonia, subtexenda iu eius cōmentarijs curau. Bene vale. Nec quæ alij nuper emendarunt, contemne, multa enim in illis bonæ frugis inuenies, vt industrie illorum non patua habenda sit gratia.

E X I B I D E.

P V G N A B V N T. Iaculis dū thraces, Iaziges arcu) In cuius versus interpretatione lapsus Domitium miror, qui Lapidès, & legat, & interpretetur, ac si nesciat inter Scytas id genus hominum Ponti accolas ab omnibus & Geographis, & poëtis adnumerari: quorum testimonio breuitati instituti studens omittit. Lapidès certe nusquam lectum arcu, & sagit tandi peritia cœlestes. (Quique ab equo præcepis in aleis decidit aruis) De Bellerophonte intelligi nulli dubium, quod vero aleis aruis, non alienis erat legēdum, admoneri vel Homericā lectione potuere, qui Illiad. ita cecinit. οὐ τοι δικτηνέθιος τὸ ἀλλον οὐδὲ λάτα, οὐδὲ Συμφόρητεσθι, πατον ὁργανωτεσθιν. Hæc carmina Cic. in 3. lusc. ita interpretatus est: Qui miser in campis morens errabat aleis, ipse suum cor edens hominum vestigia vitans. Qui versus quod ad aleos campos attinebat, corrupte ante habuit alienis. Dicti autem alei campi, εχο τε κανεν. i. errore: traditum. n. est ipsum Bellerophonten elatū rerum magnitudine, quas geslerat, ad colum volandi cupidum, Pegasi equi alligeri opera vsum, id quod moleste Iupiter serens asilum immisit Pegaso quare inde excusus in Lycte campū decidit, cui de continuo errore primus alei nomen dedit, quem equini mox aurora à Iou munus accepit cōtinui eius cursus solarium, sunt qui aspirent dictiōnem, επό τοι ελαῖν πηγην μέν. Dictus aut Bellerophotes, seu Bellerophon, q. ante Hipponoos, ab interfecto Bellero Corinthio. (Vel tua ue pēnē genus hoc cognoverit vñus) De Metio Suffetio Albanorū dictatore ab equis, Tulli regis iussu distracto intelligendū. Virg. Nec procul inde citè Metiu in diuersa quadriga Distulerant, at tu dicies albæ maneres. (Cui nihil Hercei profuit ara Iouis) ἐκενεώδη ή Græci appellauerent Iouem, qui penitus præcesset, atq; intra proprios Iares coleretur, qui τοι παν domus ipsius circuitum appellant, vnde & Hic Herceus Iupiter, & apud Virg. aræ Hercez. (Aut vt Amyn.) Pausaniā Philippi Mace. regis Amyntæ filij intersectorum notat, vnde Amyntiadē illū poëta nuncupat. (Nataq; vt Aeacida) Laodamiā forte Alexandri Pyrrī filij virginē intelligit, quæ à Milone Aetolo, vt Lust. lib. 27. est auctor, intersecta per summum est scelus. (Cantharides) Vermiculus hic sicis, & fraxino, ac albæ roſæ innascens, ac paucæ, præsentante venenum habitu, vt tñ remedia secum habacat alas, quæ in quacunq; parte venenū sit, auxiliatur. memorix proditū, Cossinio equiti R. & Nerois principis amicitia claro, dum Lichene correpus esset, à medico datis interrisse. hę Vticensi Catoni obiectu in Cypri regis auctione, quas feſtertijs 60. addixisset, non tangi gemmas venditurus, quanti nunc venenū (Pherezi) Iason hie à Pheris Thessalicis, quas tyrānidē op̄fresserat, dictus Phereus, de quo Cic. & Plin. 7. qui deploratus à medicis vomice morbo, cū morte in acie quæreret, vulnerato ab hoste pectore salutē inuenit. ita illi hostilis gladio salutē attulit, quē medici sanare nulla rōne potuerat. hunc Thebe vxor adiuuantibus cōscis taudē interemit. (Aquas occul.) An forte Alpheni fluiū præterlabente intelligit, q subeer mare in Siciliā lapsus Arethusæ fonti fese immiscer? (Vtq; vel Eurydamas) Hic Medus ex Homeris interpretis testimonio suit, qui circa Thrasylli fratri tuniulu à Simone Larissō tractus est. (Vñ q toto corpore vulnus habet) Sic & ipse in Metamorphosi de Marsia, Nec quidq; nisi vulnus erat. (Vtq; Dryantide) Lycurgum innuit, vt puto, Dryapis filium quem μονορηνίδης Græco epitheto appellatum inuenio, q in altero tim pede calceum hñer. Hunc Honerius à Ioue lumine orbatum cecinuit, quare q altero pede Iesus esset, cultū pedis disparē Naso ingeniose dixit. (Tisameniq; patri, Callirhoësq; viro) Quis dubitet Calligonæ male à Calderino legi? fabulāq; absurdē cōsingi? Tu iigis Alchimizoué Amphiarai filii matrī

E G N A T I V S .

matricidam intellige, qui cum ad Phegeum Alphesibœc patrē venisset, ut furore ac infanía purgaretur, in quam ob matris Eryphiles necem inciderat, Alphesibœcā dato prius illi monili in vxorē purgatus accepit, inde profectus Callirhoēn Acheloī filiā adamauit. Cumq; illa non aliter in nuptias cōcessura foret, q; monile accepisset, redijt ad Alphesibœcam Alc-mæon, monileq; repetens à Temeno, & Axione fratribus Alphesibœc est interfactus, quos soror tñ i vltionē mariti necauit. hoc ipsum Ouid. i.de Remed. Amoris sic cecinit. Amphlochi frater ne Phœgida semper amaret. Callirhoe fecit parte receptorati Hanc rem & in Met. 9. perstrinxit. Filia ne ue magis capitū sit fæda parentis. (Quà tua vel Peterela, vel tua Nisè fuit) Cymethonam Pierelę Taphiorum regis filiam, quæ Cephalı Amphitriōnem in expeditionem secuti capta amore elt, nemo noui noslē potest, de qua eadem, quæ de Niso & Scylla fabulata est Græcia. Illa.n.& patrem & patriā hosti prodidit, abscesso patris fatali capillo. Plautus in Amphitri. Peterelam ab eo interfactum solus omnium quos legerim, prodidit. (Vt quos dux Poenus) Accerranorū senatores ab Annib. per fraudē captos, & in pteum demersus notat Val. 9. & App. Lybico. (Frater vt Antxzi) Busiris eodem patre natū, quo Antxus innuit, ut Prob. noster auct. est in Georg. Qualis aut̄ fuerit Busiris, notius est, q; vt pluribus explicare debeam. (Vt Sanis, & Scyrum, & cum Poliphemone iuvatus) Hic & Procrustes cognomento dictus elt. (Filius & Cereris) Pluton ex Iasio genitum & Cerere, Hesiod. cecinit in sua Theogonia, cuius nomine diuinita & opes Græci appellat, nā πνοντο diuinitz. Cecus ab Aristophane in fabula Pluto dictus, q; raro ad bonos tiruros aeat. (Solaq; Limone) Hippomenis filiā, de qua supra, Limonē appellavit, & famz, quæ αἱρός à Græcis dñ, cū equo a patre intra domum inclusa perierit, qui postea locus Athenis ab ipsa puella & equo nomen habuit. De hac Ael. 1.4. omnimodz hist. sic ser. Hippomenes vntus ex his, qui à Codro originem ducebat, cū calumniz impatiēs esse, q; filia limone Adulterium commisiſſet, illum quidem cum filia curauit alligatum dilaniandum cu rauit, filiā vero cum equo domi inclusit, quoad fame perijt. Vnde Græcis puerialis locutio, Hippomene magis impius. Diogenianus. (Lyneus Heros) Quid si Cygneus legatur, & Tenes, unde tenedos insula dicta arcę a patre inclusus intelligat? De Tene aut & Securi Tenedia plura alias. (Vt satus Hiponoo.) Diximus Bellerophonem ante Hipponoum appellatum, ut melius & hic Hipponeo, qualisunque hic sit. (Quique Lycurgidem letauit, & arbore natum: Idmonaque audacem, te quoque rumpat apr.) Tres hic intellexit Ouid. ab apriis occisos, & primū quidem Ancxū Lycurgi & Antinoës filium, de quo sic Apollo. Τετρά μὲν τὸν ἀπεριφύσιον Αἴγαλον τὸν μὲν ἐπαπτηνόντα Λικουγέτην μηδέτε. Hic vero ab apro Calydonio in summo inguine p-cullus cecidit. Ouid. 8. Quaque est via proxima Ieto, Summa fetus geminos dixerit ab inguine dentes. Concidit Ancxus. Alter vero est Adonis Cyanæ ex Myrrha filia genitus, quem fabulantur intra corticem matris, iam in arborem Myrrham mutatae educatū, & suo tēpore inde emissum. (Nam Idmon Asteriq; & Apollonis proles apud Mariadynos ab apro necatur, clarus præcipue vaticinio Huc tñ Balbus morbo perijſe prodidit in quinto. Quid est aut q; audacem Imona vates ingeniosissimum appellat? an q; cū sciret in expeditione illa se moritū, certe morti pro laude sese exposuit, quod summz audacie cēsetur opus, quod & Apollinus & Balbus noster ita in primo canit. Lacrymæ cecidere canenti. (Quod sibi iam clausos inuenit in ignibus argos. Inclususque necem cauea patiaris, ut illa Non profectus conditor historiaz) Num iustum opus hoc scribimus, sed studiosis tm̄, & industrijs prodelle contendimus, atq; ideo quāto breuius fieri potest, rem ipsam perstringimus. Dominus hoc in loco nefcio quid de Cherillo malo illo rerum Alexandri scriptore configit nullo fatis auctore certo, cū de Callisthene philosopho, & comite Alexiadī sentiēdum sit. hic Arist. ex sorore nepos, dum ferre regis insolentiam non posset, qui sibi Animonē patrē asselerer, in odium eius incidens tanq; coniurationis Mace. concitator inedia mori coactus est cauez cum cane inclusus, & ad ludibriū diu gestatus. Illi vero excellens ingenij vis, aut hist. à se conditæ de Alexandri rebus monumenta parū profuſe Iust. Sen. Cur. & alijs. Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi, Sic sit in exitum lingua proterua tuum. Non ego is sum, qui Domitij ingeniu non probem dignumq; uiri propositū non maxime admirer, qui sum ea xate esse (quartum. n. & trigesimum vitz annum agens obijt) tot tantaq; edidit, quot

E G N A T I V S.

quot quantaq; in hoc genere ad hanc diem nemo in quibus si ille lapsus est interdū ut facile omnes labimur,nō tamē dignissimus omnium laude & commendatione sit in his præcipue,quz primus aut iuuenit,aut explicauit.Fuit ille,quod negare non possunus, aliquanto audacior,& comparatam sibi auctoritatē, & gratiā multorum fauore cōciliatam retinere quauis ratione & arte cōtendit,ut multa ēt præcipitate coactus sit, quz si diutius uixisset,sorūtē emēdasse,ut hoc ipsum de quo agimus in quo loco partim breuior est, q̄ tāta res expostebat,partim ēt quēdā,quē sustineri non pñt,inculcat.Nā de Archilochi intelligi certū est,qui ex paro insula iambici carminis auctor apud Græcos celebris extitit,q̄ tāta carminis acerbitate ī LAcambē sacerū inuestus est,eiusq; filias,ut ad laquei mortē utrosq; compulerit: sed q ab his imperfectus sit,quod Domitius addit nō inuenias, qui contra à Calonda quādā cui Corax cognomentum fuit,in acie fortiter pugnans occiditur, quem Pythium oraculum postea arguit,quod & Plin.7.prodidit, nec prius expiari à cede potuit, q̄ excusata cede, eaque iu necessitatē reiecta, illi ad Tenarum parentas, unde proterbiū Græcis dixiōxōν πατέται in maledicos.Sed ad hunc locum minus h̄e faciunt,cum Ouid. non eius ex dam, sed id potius sensuſe uideatur, q̄ Lacēdemonij libros Archilochi ē ciuitate suā asportari iussiſent, q̄ eorum parum pudicam, ac uerundam lectionem arbitrabantur plus moribus obesse,quām ingeniū prodest posse . Quo igitur ille demū sibi inuisam maledictis incessuerat, adeo ut nec libip̄i parceret,bene ab Ouid.dictus,linguam habuisse in suū exitium proteruam . Vtq; lyra vates fertur periſſe seueras, Causa sit exitij dexterā lxa tuis . Quid si Philoxenū Cythereū Dithyramborū poētā intelligas? quod.n.Aristo ph. nescio quo Domi.comminisit,perridiculū est.Nam & Dithyramborū poētā seueratas lyra congruit, & quz sequuntur ab hist.non sunt aliena.Cum.n.apud Diōd.hic ageert, nec eius poēmata laudare posset ut iuepta, & inconcinna , in latomias coniectus est, unde precibus amicorum extraſtas cum Diony. recitauit audiret, surrexit, & Dion. causam per cunctanti, Statius,inquit,est in lapicidinis agere,quām recitanteū tyrrannū audire.Cic.in epist.ad Att.lib.4.reliquum est σπάγεται λαχε, τεύταρκόσ μη no mehercule possim, & Philoxeno ignosco qui reduci in carcere rem maluit,quām talia, hic tandem cū Tarentum ausus gisset reuocatus ab eodem Dion ylo per literas,nihil aliud respōdit, q̄,2, literam,unde in Adagium,Philoxeni libellus,de his qui rem aliquid facere nolint, usurpant, & Græci,in latomias,i.lapicidinis coniici, cum aliquem in malam rem abigendum significare uolūt, sit autem hēc extimatio,nō iudicium.Nam non satis liquet,an incorrupta sit lectio . Quid.n. sibi uelit quōd lxsam dicat dexteram exitii causam,coniectare nō liquide possum.Illud omittere non est uisum quōd uarij hist.4.Aelian.prodidit,Aelchyiam Tragycum ab Atheniē.impietatis criminē fuisse damnatum,quem cum lapidib⁹ obruere Atheniē.parati iā essent,Aristeā minori natu fratri exerēti brachium cui manus absclisa fuerat Salamina pugna in qua p̄r ceteris insignem gloriam retulerat,facile fratrem donauit,memor uirtutis Aristea iu nauilio prælio nauata.(Et tibi coniugij nox prima nouissima uite . Eupolis hoc perire, & noua nupta modo,(Domitius Eupolim veteris comediz scriptore fallo pūtat,ego ex 3.Epigrammaton animaduerti alium fuisse hoc nomine adolescentem Nitiz filium,qui Glycerio Euduci filia uxore ducta recti lapsu cū noua nupta obrutus est . i. nocte, Græci uersus hi sunt ex 3.lib.duo.Ἐντελεῖ ὡς ἀγαθὸν τελευτὴν, ὡς υμίσυος.Ἐσθιετινη πεντρυγκτίσιον τάλαμος.(Vtque cothurnatum periisse Lycophrona nar.(Quare cothurnatum Lycophrona appellauit.Ouid.à Domit.prætermisso esse miror, neq;.n.quod Ale xandrum opus composuerit iambico carmine,quod opus adhuc extat, cothurnatus est diſtus, sed qđ & tragœdias complures, quarum maxime celebres Marathonios,Oedipus,& Nauphas.(Quoq; suz passa est pellex inuita for.)Sic legendum hoc carmen sensu huius modi,ut lingua sic illi absindatur,quēd modi Philumel⁹ contingit, quz inuita pellex fororis fuerit.(Et puer Harp.)Sic & legēdū, & de Harpagi filio,quē Astyages Medorū rex patri epulandū apposuit,intelligēdū.Iust.& Herod.Vtq; duobus idem dictis modo habent,Preſocent anūmē noxiā mella uiā.Hunc Higinus Glauē filiū Minois scr. qui in uasis melle ſuffocatus Aēculapii ope reuixit, sed & Clau.Cretaq;(si uere narratur fabula) uidit Minou rupe puerū prodire ſepulchro. Quem lenior uates auium clangore repertū Gramine

E G N A T I V S.

Gramine restituit, mirx nam munere fortis, Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis. Nec tibi si quid amas felicior Hæmone cadat) Vedit hoc in loco certe Domitius meliora, nec tamen sequi potuit. Nam quis hic fuerit Hæmon, diligenter explicandum omnino fuerat. Hic vero Hæmon Creontis filius minor natu fuit, Menoecei qui se pro patria deuouit, frater, cui Antigone Oedipi filia desponsata fuerat illa vero patrem in exilium sequuta, Hæmon à Spheinge dilaniatus est, Euripidi & eius interpretibus. (Teli genus hereat il lud) Osse. n. marinæ turturis Telegonus Vlyssem patrem interermit, cōmētarius Aristophanus & Dicitus. (Vtq; loquax) Anticlum Polit. in miscellaneis ex homericâ Raspodia significari uoluit, in quo tñ Politiani error apparebat, neq; n. necauit illum Vlysses, sed catenus cōpreslit illi labia, quatenus Helena affuit. Error autem ex uerbi Graeci similitudine facile ortus, nam & πιλα & πιλεω literi parum distant, impofuit Politia. (Comicus ut liquidis periit, dum natabat in undis) Nō nescio de Terentio hic esse quosdam sūspicatos, sed quid si Eupolim intelligas? quem cōstat ex Aristophanis cōmentario ab his in quos Baptas acerbissimam comediam scriperat, mari immersum suffocatumq; , qui Comicus per excelleniam appellari potuerit. Vtq; cothurnatum vatem tutela Diana, Dilanier uigilum te quoque turba canum. Quod Domit. de Euripide scripti, bene certe interpretatus est, illud addidisset uelle, quod Aribus Macedo & Crateus Thessalus, poëte: dum inuident gloriç: canes à Lyshmacho Archelai seruo immittendos curarunt, qui securum illum inuaderet & laniarent. Non desunt tamen qui illum à sceminiis disceptum prodiderint, dum intempestiu ad Craterum Archelai Amasium proficiscitur. Sed eum alij, dum in codici uxore solicitati interfecit scribunt. Vixit aut annis 75. cuius ossa Pellam Archelai iussu deportata sunt, sed & Gel. 15. non pauca. Diripiuntq; tuos infans unguibus artus, Strimoniz matres Orpheon esse ratæ. Ut illi male Hymenea, in epist. 4. emendarant casu, quod in heroidibus adnotauimus, ita hic aduersa ratione error inoleuit, neq; enim uideo qui quartus hic casus enunciari in ou posset, quod qui prima grammatices Graece rudimenta percepirent, intelligere facile poterunt quare ex manucripto, libro, Orpheo te esse ratæ, legas. (Obstru Atusq; famem patiaris limine recti) Pausaniam Lacedæmonium Cleobroti filium innuit, de quo nō plura ditam, quando Graecis & Latinis monumentis omnia vulgatissima sunt, Nunc quoq; pellit Io. Corripuit hoc in loco, ut superius in Hypermnestra, Quæ tibi causa fugæ, quod Io freta longa pererrat. (Climadæq; modo) Alcibiadis Clime filij casum ex Plut. in eius uita accipe, qui miserabiliter incendio semiustus, flammis ferroq; operiit.

EX EIVS DEM EGNATII RACE MATIONIBVS,
Super Phaone fabula quosdam haud sanè hastenus cognita: explicata. Cap. I.

Ommētarios in Sapphus ad Phaonem epistolam: prēclara duo nostre tēpestatis excudere ingenia: Georgius. s. Merula & Calderinus Domitius: Alexātrinus ille patria: Verouensis Domitius: Vterq; mediusfusidus: si iudiciū requiras meū, eruditore multa: multa ingenio, tū de Græcorū tū de Latinorū hausta fontibus in mediū proculere: Ceterū quoniam unus alterue, nō omnia nosse potest, animaduertimus nos historiā super Phaone: uel potius Fabellam lepidam sanè, neq; nō uesperariā admodum, prētermisam. Eam si in prēsentia explicemus, haud quidem ingratam, iniucundamq; studiolis adolescentius rem facturum nos credimus: dum qualemcumq; græcorum tradidere monumenta, latinis nostris nostra opera, studioq; ueluti per quosdam traduces legendam dederinu. Hauc igitur ad hanc fermè sententiam Aelianu omnimode historiq; duodecimo describit. Pulcherrimum nōrealium omniū Phaonē à Venere olim lactucis occultatum, Este uero, & alios aliter qui scripserint, suisse Phaonē ex eorum hominum genere, qui traiiciendi ulero citroq; uiatoribus nauigiolis impensiorem dantes operam, uictum sibi diurnū queritarent, accessissim tandem aliquando, & Venere, quæ se, ut in alteram trāsportaret ripam, nulla interim promissa sipe rogat. Quod cum ille libentius efficeret, nescius quam transuheret deam esse. cum uero à Venere lōge preciosius

preciosius accepisse munus, quām si vel amplissimum manuprcium exegisset. Alabastrum namq; cum accepisset vnguine quodam plenam quo semel perunctus formosissimus reperie mortalium cuicorum apparuit. mulieres omnes Lesbias in eius exarsisse cupedinem, præteritis vero impatiētissime atq; ardenterissime à Sappho illum Scamandronymi poëtria per quam celebri adamatum. cum qua cubantem uelut adulterum caput necatumq; fuisse. Illud uero nec possum: nec uolo disillumatum. extremam hanc particulam de Phaoni videlicet nece: non satis ex græco constare libro. Interfectum quidem illum tanquam moechum certum est: sed cum amica hac sua nec ne: haud firmare vacillante libris fide ausim. Atque hanc esse Sappho: quam diuinus quoque Plato sapientē uocet, sunt qui putent. sunt qui alteram Lesbiam, & ipsam psaltriam hanc credant: quæ amoris impatientia ex Leucate se se postmodum in mare deiecerit. Satis enim constat Aeliano ipso, & Suidz scriptis duas extitisse, quarum una poëtria perquam celebris: altera & psaltria & meretrix fuerit. Cui quoq; Fabullæ Luciani ex mortuorum dialogis ad hunc serme sensum subscribit testimonium. An & tibi sorte fortuna quispiam: ut Phaoni Venus olim dicitur: cum illam traieceret ex Chio sic adulesceris' pulcher in primis, & amabilis oblatus est?

EX SAPPHVS AD PHAONEM EPISTOLA
carmina præter multorum hactenus sententia enodata. Cap. II.



E C mihi Pierides subeunt, Dryades ue puerilæ, Nec me Thespiadum cetera turba iuuat. Duos hosce uersiculos cōmentarij: unus ut notissimos: ut altioris nescio quid doctrinæ cōtinētes enarrat alter. sed uterque (quod omni cū modestia pīctum velim) tam peruerse legit quam falso (nisi fallor) interpretatur: Quid. n. amabo (vt Merulan interim omiserim non multum insudantem) superstitionis illa Domitii valet explicatio, q̄ ille ingeniose magis comminiscitur quam vere? Atq; ut omnia deimus: Quid (quæso) cōmercij musis cum Dryadibus nisi philosophari altius tunc Domitio uisum? Quid sordidum illud turbæ nomē ad musas? Quid sub sequentes uersiculi duo uilis Amynthone: utilis mihi candida Cydno non oculis grata est atthis ut ante meis. Sed mis̄a h̄ec omnia cernerimus: Quid ad hoc respondebunt, quod libris omnes Naides ue puerilæ nō Dryades habent? Quod & Merula fateat: sed repugnat syllaba sub stiratas à se uestio quas Dryades Roboreas plane deas: & Siluestres non negat. Remittamus igitur illarū, unde uenere. Nō uero, & ipsius Sapphus gr̄c̄is uersiculis freti, & ueteres libri secuti, sic legendū affirmamus. Nec mihi Piryno subeunt Mnaïs ue puerilæ, Nec me Lesbiadū cetera turba iuuat. H. e nanq; suere Tribades Piryno uidelicet, & Mnaïs quas & ipsa Sappho cicer histre uersiculis. Μάνη δ' αὐτή κοραμένη σογίᾳ Καὶ πελλιν, εἴμενος φότι-
γον μναῖσσας καὶ τὸ πτλαῖς πνεύματα κυργαῖ. i. sunt aut̄ Mnaïs, & Piryno nomina ppria. Numinius aut̄ prioris Tribadus erit illa inflexio: quæ gr̄c̄is & latinis usurpatur monimentis frequens, ut Dido Didus: Sappho Sapphus, sic Pyrius Pyrius. de qua inflexione & Quintilianus & grammatici certatim, sed & illud Thespiadum quis non uideat legendum Lesbydū? cum & liber uetus hoc innuat, & prompta fuerit oīa deprauantibus inuersio: qui malunt cuncta corrumpere, quām se fateri aliqui ignorare, sed super hoc nihil addam amplius, si lectore prius rogaro, ut candide cuncta libret, nec aut quorundā auctoritate imponi sibi patiatur, aut meliora semper inueniri uon posse diffidat. Quam nostram emendationem eo mag. a probamus, q̄ Flaminius noster candidus omnium doctorum laudator, atque idem in pan- carminibus celebris auctor, calculum statim apposuit suum, ut iam scrupulum semper sati- gatus super carminibus fuerit, habeat nullum.

ETYMOLOGIA HVIVS VOCABVLI HEROS, ET, QVI SINT HEROES.



VONIAM Nasonis epistolæ Heroides inscribuntur, non alie-
num à proposito vñsum est, huius verbi Heros etymologā,
sive significatum ostendere. Audiatur itaque D. Augustinus
copioſiſſime docens, quid ſint Heroēs, libro decimo de Ciuitate Dei, his uerbis: Nomen Heroum à Iunone dicitur tra-
etum quod Græc Iuno Hera appellatur: & ideo nescio quis
filius eius secundum Græcorum fabulas Heros fuit nuncupatus: hoc uidelicet
myſticum ſignificante fabula, quod aēr Iunoni deputatur. Vbi uolunt Heroas
cum dæmonibus habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas de-
functorum. Idem in ſeptimo. Inter lunæ gyrum, nimborum, ac uentorum cacu-
mina aēriæ eſſe animas: ſed eas animo, non oculis uideri, & uocari Heroas, &
Lares, & Genios. Trimegistiſ ſequitur quoque auctor eſt, Heroas habitare inter aēris
purissimam partem ſupra nos, & terram, vbi nullus eſt nebulis locus. Minime
prætereundum eſt id, quod Martianus Capella tradit in nuptiis Philologiæ,
Heroas uidelicet ab Hera, quæ terra dicitur, eſſe nuncupatos. Hinc Heroides
ſemina clariiores, quales ſunt Heroum vxores, & filiæ. Ex hiſ igitur liquido
claret, quid ſint Heroēs, & unde dicantur.

P. OVIDII IN ASONIS
POETAE SVLMONENSIS
HEROIDES.



H V B E R T I N I
P R A E F A T I O .

H V B .



A N C , tua Pe-
nelope) Quod-
cunq; opus legē
dum pponitue
quamuis facilli
mū ignorato ar-
gumento , ut sit
difficile necesse
et quāobrē cū officio pmissionis
mex multa enarrare:& interpre-
tari contigerit,id in primis sem
per laborandum putauit ut legē
dorum argumentum pateret:de
indē si qua, aut in verbis,aut in
sensu obscuriora esent: diligenter
explanarē ut non mihi quē-
admodū multi inani gloria ad-
dusti, sed alius interpretari ui-
derer & in nullius manus scri-
pta mea peruenirent: qui ex la-
bore meo fructum non percipe-
rent. Quod quidem cum hacē-
nus me āsecutum sperni, dabo.
operam : ut in futurum multo
magis fiat : non tamen usque ad
superfluum laborem occupari
placeat. Nam ut Fab. Quine.lib.
1. institutionum oratoriarum,

* Vlyss.

PENELOPE VLYSSI.



A N C , tua Penelope lento tibi
mittit * Vlyssē.

Nil mihi rescribas : attamen
ipse ueni.

Troia iacet certe danais inuisa
puellis :

Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit.

O Vtinam tunc, cum Lācedemona classe petebat:
Obrutus insanis esset adulter aquis .

inquit, Persequi quidem quōd quisq; unquam, uel contemptissimorū hominū dixerit: auc
ninuia miseriz, aut inanis iactanciz est, & detinet, atq; obruit ingenia melius aliis uacatu
ra. Nā qui omnes, etiam indignas lectione schedas excutit: anilibus quoq; fabulis accōmodo
dare operā potest. A tqi pleni sunt eiusmodi impedimentis grāmaticorū cōmentarii uix
ipfis, qui cōposuerunt, satis noti. Hxc Quintil. Quāmobrem tun in argumentis singula
rum epistolarum enarrandis: tun in ceteris expounderis; mediocritatem sequemur ita, ut
neque lectore fastidio afficiam, nec tamen quidquam in his nostris enarrationibus des
ideretur: quod in hoc opere cognitione dignum videatur: persequar tamen etiam minutio
ra quēdam, quia non solum ab eruditis uolo nostra legi, sed multo magis ab iis, qui erudi
ti uolunt, quibus omnia plana & aperta placent. Non enim ad ostentationem, sed ad utili
tatem nostram edimus. & quēadmodū pecuniz: ita opere beneficium indigentib, p̄stādū
est, & id quidē liberaliter. sunt. n. qui ut uideantur doctiores: non ut interpretationes, sed
z̄nigmata proferāt: quos cū sua ambitione & ostentatione relinquimus, quo plus odii sibi,
Epist. Quid.

A

quām

P E N E L O P E

quā nō fauoris comparant: Ego cum intelligam interpretēm oportere esse quasi lumen eorum, que interpretantur, & cum omnes non potuerint multa, aut audisse, aut vidisse, non existimabo mihi turpe, sicut pueris proponi debet in scolis hoc opus, ira a me declaratū fuerit. Quod idem de plerisque aliis. Deo mihi aspirante breui me facturum spero. Sed nūc ad insitutā pergamus. Postquam igitur titulum operis uiderimus, & qualitatem carminis, & intentionem scribentis, ad argumentum, & textus expositionem ueniemus. Rēpetetur autē paulo altius primae epistole argumentū, quoniam ex eo aliarum cōm̄ plurimū epistolarū argumenta pendent, in quibus postea cam ob causam erimus breuiores. Titulus operis est. P. Ouid. Nafonis poëta Sulmonensis Heroidum, iūs Heroidarū lib. incipit. Primum autem uon addimus, quia plurimis placet unum tamummodo esse librū, cūn in epistolas dī uidatur, & non in libros, in codice tamen meo uerutissimo reperi distinctionē librōrū, quod quidem licet numero epistolarū constet, ita fieri potuit, sicut in epistolis, quas in ponto scriptis, quæ in libros plurimos diuiduntur, & Iuuen. satyre licet separatas habeant sententias, librōrum tamē numerum habēt. Inueni igitur in lib. meo uerutissimo hoc opus diuisum in lib. 5. quorum primus incipit. Hanc tu Penelope. 1. Littera Thessaliz. 1. 1. Si qua tamē cœcis. 1. 1. 1. Mittit Hypermenstra. V. & ultimus. Mittit Abidenus. Sed in hoc nō lim tamē esset contentiosus, aut pertinax: Epistole sunt numero. 20. quas heroidū uel h̄roidarū appellant, qm̄ licet aliquot ex eis a uiris scribātur, maxima tamen ex parte sunt clararū, & illustrium mulierum, quas heroidas appellant. Ouid. lib. 1. Tristium: Prima locum sanctas heroidas inter haberet. Masculinū est heros, qui & semideus dicitur, & uis fortis, & uirtute eminens, plus homine habet. Fēmininū uero sub forma patronymica diciatur heroidis, & heroine. Ouid. autem se non solum scripſisset has, sed & alias, quæ nō sunt in hoc uolumine commemoratae. Amorum ad Macrum. Carmen autem elegiacum, est hexamētrum, & pentamētrum, quod quidem & amoribus, & querelis & miseriis conuenit, ut Horat. in Poëtria ostēdit. Versibus impaziter iunctis quixrin. onia primum. Mox etiā in clusa est uoti sententia compos. Quis tamē exiguo elegos emiserit auctōr Gramatici certane. Genus autem orationis humile est, quia tali carmini conuenit, hoc est elegiacum, quod (ut diximus) exiguum appellauit. Horat. quanquam inter elegiaca Nasōnis carmina hoc maxime & sententiis, quatum materia ipsa patitur, & uerborum proprietate uidetur assurgeare. Materia uero est ethica, i. moralis quia describit uarios uariorū, mulierūnq; mores, intentionē poëte est exercendo ingenium, & querendo formam amoris effectus demonstrare, & ostendere, quantum hi differat in mulieribus pudicis, & impudicis qui in alii casti amoris pietatem in aliis libidinis & furoris incontinentiam probant. Itaque alix ad laudē & imitationem, alix ad libidinis, & impudicitiaz detestationem memorantur. Scindū autē est, p. amoris effectus in nullis Nasōnis libris melius exprimitur, quam in his epistolis, in quibus artis amandi exercitationem ostendit, sicut ex orationibz Cic. quidquid in arte dicō di tra ditur optime percipitur. Sed iā argumēnū enarramus, quod ut supra diximus, paulo altius maioris declarationis gratia repeteretur. Ad Pelci Acaci filii, & Thetidis nymphę ei⁹ uxoris nuprias quæ in Pelio Thessaliz monte celebrat, sunt Dii omnibus, ac deabus preter discordiam in uitatis illa indignata accumbētibus cum Ioue Lunone eius uxore & Palade, & Venere, in medium earum coniecit pomum, in quo scriptū erat. Detur pulchriori, cumque ut est mulieribus opinio de pulchritudine propria audax, & temeraria quilibet earum se pulchriorem dicere, neque Iuppiter uellet de hac re iudicare, ne aut uxorem, aut filias offendere, eas remisiit ad Parim, qui educatus inter pastores, tunc armamenta in Ida seruabat. A quo iussit eas petere huius contentionis iudicium, & determinationem. Cum enim Hecuba Priami uxor Paride grauida esset, somniauit se parere facem, quæ totam Troiam incēdō corriperet, Haruspicum responsus, & numinis oraculo Priam cognoui oriturum sibi filium ex Hecuba, qui patet esset ruturum incēdiū. Quare iussit uxori, ut quid parere, interficeret, illa cum puerum, qui postea Paris dictus est, peperisset, materna pietate mota, non sustinuit cum interficere, sed facta eius mortis simulatione, decepto Priamo, iussit eum regis pastoribus tradi, qui puerum alerent. Itaque, ut pastoris filius, aut, ut alii volunt, & seruos, & famulos in pecorum, & armatorum custodij nutritus est.

Oenonea

Oenones nymphæ coniugio usus. Ad hunc igitur in id eis nullibus arméta fernantem cù tres deæ accesserint, scorium cum eo quæ locute pollicitationibus, (ut sepe in iudiciis fit) corrumperet tētauerunt. Nam Iuno (ut est deorum regina) diuitias & regna. Pallas gloriam, sapientiam, & rerum omnium cognitionem: Venus autem voluptatem, & pulcherrimæ in toto orbe terrarum mulieris usum & possessionem promisit. Quas auditæ Paris ius fit ante se nudas adesse, ut certius de earum pulchritudine iudicium afferre posset, & demum Veneris promissis magis captus, pro ea sententiam tulit. Post aliquantulum temporis cùm agonale certamen illuc celebraretur: Paris qui fortissimus erat, ad illud accessit, in quo cum omnes, & etiam ipsum Hectora superaret. Hector ira succensus adiut stricto gladio, taquā pastorem eum esset intersecturus. Paris se eius germanum consensus est, quod ut Ser. ser. alatis crepundis, probavit, cum adhuc sub pastoris habitu lateret. sunt autem crepundia in fantulorum ornamenta, recognitum igitur esse filium suum Priamus, Paridē recepit in dominum tanquam tanto tépore iunctus, esset fato, & periculo, quod ex eo imminere audierat, qui mox aliquot nauibus adfiscatis Sparham nauigauit, ubi cù Menelao Agamem. regis Græcorū fratre hospiti exceptus fuisset, deinde iphi Menelao contigisset, in Cretā profici sci, illi perfidus hospes: Helenam Menelai uxorem Louis ex Leda filiam, omnium mulierū speciosissimam in amorem suum sollicitantem abduxit ad Troiam. Alii voulunt expugnata Spartha, sive Lacedæmonie. utroque enim nomina dicitur, Helenam quam ei Venus promiserat, à Paride abductam. Herod. dicit eam nunquam fuisse ductam illum, licet ferè omnes historiographi & poëtæ aliter sentiant, & credent eam ad Troiam deductam, ut etiā Hom. ostendere uidetur. Cum igitur ad eam repetendam legati ab Agamenon, & Menelao frustra sepe missi fuissent. Agamenon, & Menelaus tantam iniuriā armis vindicare & Helenam bello repeteret decreuerunt. Itaque cum ad expeditionem & uniuersa Græcia exercitum cogeret. Ulysses Penelopes admodum puerile, quam paulo ante duxerat uxorem, & ex ea tantum suscepserat Telemachum filium amore retentus, ne iret ad illud bellum insania simulauit. iunctis enim diuersi generis animalibus arabat, & salem seminalbat, quā insania Palamedes uir, bello clarus, qui regis mandato delectum faciebat, detexit, nam cum aranti Ulyssi obiecisset Telemachum, ille ne filium leaderet aratrum eleuauit, & suspensus aratri ultra filium transtulit, ex quo cognitus non esse, in sanus, coactus est ad bellum Troianū ire ubi & Palamedis iniuriā ultius est. Nam eum falso proditionis crimen a Græcis dñari, & lapidibus obrui & interfici fecit, mox in eo bello multa prudentia, & solertia documenta exhibuit que ipse apud Ouid. ib. i. 3. Met. commemorauit, quæ hoc loco uitanda prolixitas gratia prætereo. Postremo eius opera factum est, ut Troia decimo tandem anno, post quæ obliteri cuperat, caperetur, unde & ab Homerò, μολύμοντε, id est urbis populator dicitur, & cum iu castris de armis Achillis inter ipsum & Aliacem Telamonium ortu esset certamen: Ulysses dicendi facultia ea obtinuit, mox everso Ilio, & Alysanacte Hectoris filio è turre precipitatus, ne aliquis de sanguine Hectoris superellet, acceptaq; parte præ Troiane, cum in patriam gloriōsus uictor reuersurus mari se creditisset, longe cōtra uotū suū ei accidit, nam uentis, tempestatis actus multum, diuque errauit, aliorum decem annorum spatio ad multa orbis terrarum loca delatus, mores hominum multorum uidit, & urbes. Reliqua de eo dicetur in fine epistolæ. Cum igitur exteris dicibus, & militibus græcis quæ bello superuerant domum reuersi, solus Ulysses non reuertetur, neque Penelope eius uxor causam huius absentie sciret, ad eum scribit hanc epist. in qua castum, & coniugalē amorem suum erga Ulyssem ostendit, & eum rogat, ut nullam remittat per literas responsum sed ipsem ueniat. Adducit autem multas rationes, quibus probat eum debere uenire. Probat enim primum à communitate, quia non amplius detineatur bello, quia Troia propter quam absuerat, capta, & eversa sit. Deinde ad honestatē, & equitate, quia cum ceteri uiri domum reuersi uxores suas praefixa sua consolantur, & rerum gestarū narratione detineant, ipse solus maritali deit officio præsertim cum ipsa, ut resert, perpetuū coniugalē amorem in eum seruauerit. Ostendit enim se neque aliis instante patre nubere uoluisse & semper fuisse sollicitam de periculis Ulyssis, quod est pīx & fidelis coniugis argumentū Postremoq; Ulyss. debeat domū reuerti arguit Penelope ab eius utilitate, q; a eo absente

P E N E L O P E

elus bona delapidentur, & dissipentur. cum neque ipse utpote mulier neque Telem. admodum puer, neque Laertes eius pater senio confestus ea tueri possit. Commemorat autem ei pricipue senium patris, & Telemachi filii teneram xtam, ut si eum uxor amor, cuaque non reducat, moueat saltēm filialis, paternusque affectus, sic ergo inquit.

A V B E R T I N I E X P O S I T I O.

H V B.

HAN C, tua Penelope) Sensus est. O Vlyss. Penelope uxor tua miterit tibi hanc epistolam. nolo aut mihi rescribas aliquid, sed tu ipse uenias, (Hanc). i. epistolam. (Tibi lento). i. tardio. (Tua) Subaudi uxor, nam in omnibus propriis, & genitius pro nominis, relatiuorū, vel demonstratiuorū, & in pronominibus posselliuis s. xpe filiorū, uxorū, maritorū, seruorumq; nomina subaudiuntur. Virg. Hectoris. Andromache. s. uxor. Cic. in epist. Seru. Tuts. s. filius Terent. Vide forte huius Birrbiam subaudi seruū, & notāda est hæc regula. (Mit sit) De se tanquam de tercia persona dicit, cum in sequenti uersu in prima persona loquatur dicit enim. (Nihil mihi scrib.) i. non remittas mihi responsum per literas, sed tu ipse ueni, ipse hoc loco demonstratiue ponitur, nam licet per eclypsim per se proferatur, tamen subauditur, & habet teste. Pri. significationem tu eius pronominis, quod subauditur. s. tu, & est demonstratiuum. (Troia) Adducit rationem, quare Vlysses, debeat, & possit uenire, dicit. n. Troiam, propter quam domo discesserat, esse euersem. Troia etiā cū regio sit Afiz, in qua erat Ilium urbs, quā Græci euenterunt, ponitur tñ interdum pro urbe, ut Virg. omnemq; reuerti per Troiam, & hic Troia. i. Ilium, est urbs Troiz. (Iacet) Diruta est, & solo exequata sicut. n. urbes cū exdificantur, aut florere dñr staret, aut surgere, ut Virg. Surgenteq; noue Carthaginis arec, & idem Troiaq; nunc staret, & Ouid. Iam stabant Thebæ, ita cum diruta sunt, dñr iacere & cadere. Seru. Sulp. ad Cic. Quæ tunc prostrata & diruta ante oculos iacet. Virg. Ceciditq; superbum Ilium. (Certe) Distinguendū est, ut nō dicamus certe inuisa, non enim necesse est affirmare Vlys. quod Troia iacet, quia hæc ipse optime sciebat, qui fuerat presens, & ut dictum est in arguento, fuerat etiam ex magna parte auctorilis ruine, dicit ergo certe odio habita. (Puelli Danais). i. mulieribus Græcis. nam Danai a Danao rege dñr, qui ante Pelasgi dicebantur, & argui quia Danaus, unde dicti sunt, argos habitauit: Puelli aut dixit, non solum sexum sed xtam significans quia adolescentes eulx mulieres nuper nuptæ molestæ ferunt maritorum absentia. (Vix Priamus) Vix stultum & ridiculum est, quod quidam sic ordinant, uix. s. iaceret, uel uix inuisa, cum neuter sensus procedat, sed sic intelligatur. (Priamus, & tota Troia uix) Meruit hoc odium Græcum mulierum, hoc est, ut earum mariti propter ipsum Priamus, & Troiam abessent, & consequenter habereentur odio. (Priamus) Habet emphasis hoc nomen proprium, q. d. d. et magnus rex. (Tota Troia). i. oēs Troiani, continens pro contento. (Vix fuit tanri) Ut per eius obsidionem tot uiri Græci abessent, & sic earum uxores eā habereent inuisam. (Ovidius) O ad oēs affectus conuenit, uel miserationis, uel indignationis, iungitq; uocati uo, non in iatiuo, & accusatiuo. Cic. O magna uis ueritatis, & o me miserum. Interdum per eclypsim prætermittitur, sed subauditur. Pl. Iunior. O hominem impatientem, ac potius durum. Interdum est aduerbiu uocandi & iungitq; uocatiuo, ut ò regina nouam &c. Interdum mirandi, ut Iuuen. O qualis facies, interdum indignandi, ut Cic. O tempora, ò mores, interdum optandi, ut Virg. Adiſ tñ. & in Buc. O tñ liberat mecum tibi fordina rata. Atque humiles habitare casas, & hac significatione optandi interdum ponitur per se, ut in exemplis supradictis, interdum iungitq; cum utinam ad maiorem affectum exprimendū, ut hic apud Ouid. interdum cum si affectu haber optandi, ut apud Pers. O si ebulliat patrua præclararum funus, interdum, ut inquit Don. interiectio est optatis aduentum, aut animi repente percussi, ut Terent. ò salue Pamphile. (Adulter) i. Paris, quem per iram proprio nomine appellare nō potuit, sed per contumeliam adulterū dixit. est. n. adulterū q. alienaz cōmiseretur uxori. (Eset obrutus) Eset oppressus & submersus. (Aquis insanis). i. magnis, uel turbidis, & tēpesti uohis, utrūq; n. significat, ut infra: Qd̄ nescires infania qd̄ ex quo ra pnt, & in Buc. Insani seriat lie littera fluctus. (Cum). i. qn̄ subauditur tūc. (Petebat). i. abat. (Lacedemona). i. Spartam, nam utroq; nomine dñ, est aut uirbs Laconiz. Lacedemona augem

autem dicta à Lacedemone filio Louis & Taygetes, ex qua urbe, ut dicitur est. Paris Helenam abduxit. Sed Lacedemon tam pro regione quam pro urbe ponitur, ut Strabo scripsit ex autoritate Hom. (Classe). i. n. multitudine nauium instructarum: nā hoc significat classis licet ponatur interdum pro una nau. Horat. Me uel extre mos Numidarum in agros classem relegat, opere autem q̄ Paris fuisse submersus, cum iret ad rapiēdam Helenam, quia si Helena non fuisset abducta, nunquam Grēci ad obsidionem Troīq iuissent, & ipsa Penelope nō pafsa fuisse incōmoda, quę infra se pati commemorat. In quo poeta optime exprimit aſte: tum doloris mulieris: cuius est lōge repetere suarum iuficitat um initia, & cauſas, sic Ariadne apud Catul. Iuppiter omnipotens, utinam nec tēpore primo. Gnoſia Cecropis terigilient littera puppes. & Dido apud Virg. & Aene. Felix h̄ liitora rantium nunquā Dardanis tēti giffensi nostrē Chrīne. Item Ariadnē in epist. ad Theseum. Vineret Androgōs utinā &c. & Medeę ancilla apud Enniūm. (Utinam) Ne in nemore Pelio securibus eęfa cecidisse abiega ad terram trabes, neue inde nauis inchoande exordiū crepisset, quę nunc nomina tur nomine Argo &c. Hanc expositionem ponit Cic. in Rhet. & ostendit eam uitiosam es se oratoribus, quóniam nimis longe repeat initium, poëtis autem interdum concedi.

P E N E L O P E) Hec Amoris uel Arne, à primū dein Penelope dicta ab eiusdem nominis aibuis, quę expōitam à parentibus educauerūt: ut Pindari scribit interpres: Alii cū Didymo tradunt à Nauplio necēm Palamedis uicente in mare deiectam, à Penelopibus esse transnominatam, quorum ope seruata sit. (Penelopes) Autem Plin. Aristotelesque & vtroque prior Aristophanes ex accipitriū genere memorat. Itaq; si Didymū sequimur: Ouidius hac potissimum de causa Penelopes epistola sic ordinet. (Hanc, tua Penelope,) Quasi dicat quę propter te in discrimē adducta Penelope uocata sum, Canit Homerus in te go operis argumento, Penelopen absētū uiro fidē summa pudicitia seruassit per annos uiginti. Lycophron infamat: Duris Samiis omnibus procis profluit, ex quotam promiscuo concubito Pana peperit. Quidam Mercurii Filium Pana dicūt, & Penelopes, ut apud Herodotum. (Vix Priamus tanti &c.) Id est interficere Priamum, Troiamq; euertere tanti, id est opere pretium, & Grēcę puelle tandiu uirorum consuetudine carerēt, ut defiderent in acie eōs. Valerius Maximus memorabilium nono. penē uictoriz eius taui son fuerunt.

H A N C. tua Penelope) Quanquam nullus est in epistolis, ordo tamen uidetur poëta A S C. hanc Penelopes epistolam non ab re primā posuisse, quippe quodd ab heroidum decanatissima missa singitur, ab ea uidelicit: cuius maritus poëtarum Principi. Homero uiginti qua tuor librorum uberem præbuit materiam. Et cum in toto opere totos sit ingeniosus poetas, tamen ut Liuius in concionibus, ita hic in epistolis pro scribentium, hoc est, quos scribeantur inducit, captu, & ingenuo argutias nunc contrahit, nunc dilatat, ut suis locis pro opportunitate: & captu nostro declarabimus. Verum quia intentionem poëtē in præambulis dimicimus, & argumentum modo expoſitū est, pro ueteri instituto nostro ineruditē pubi pauca, quę grammaticen concernunt, prælibabimus. Meminerit ergo tirūculos in singulis uerbis poētæ, in quibus surdasti nihil boni concentus perspicunt, nihilque salis, atque leporis laipiunt, etle suam uenustatem: sententiam, & uim. Discat ergo in primo uocabulō de cora breuitate, quę nihil obscuritatis habeat uti, ea uidelicit resēcado, quę superflua uideatur, eo quodd intellectu facillima sint. Cuiusmodi sunt locutiones sequentes. Ventum est ad uestę, subaudi, sed non eloquere, edes aut templum. Quarto Calend. Iulias: subaudi die ante. Triduo ante diui Baptiste, subaudi Natalem, aut diem festum. Paucis rem aperiā, subaudi uerbis. Testificamur his, subaudi literis. (Hanc, igitur tibi mitit) Subaudi epistolam. Neque tamen opus est ut adicias. Et quia hic hec hoc, & eorum aduerbia ad primā personam, idem est hanc mitit, as si dicat. ego eam mitto. Secundo anno te, quia pronomina habent emphāsim & uim suam. Semper enim uberioris demonstramus, aut refērimus quam possimus propriū uocabulū eloqui. Non capit me puer dicam iterum. Si dixerit Penelope mitit tibi epistolam, non tantum dixerit, quantum ubi dicit mitit hāc, quā si dicat quę tuę salutis consułit, quę te ad fidissimam coniugem uocat post tacitos errores, quę miserias nostras exponit, quę me tuam probat. Vide additūr tua, in quo mira quoq;

P E N E L O P E

emphasis est, quasi dicat, quæ inter tot procos. i. procaciter & improbe coniugium meum :
 petentes, & animo, & corpore tua permanesi, fida tibi amica tibi &c. Tertio quod sicut ge-
 nitui non regetur à propriis, nisi per intellectiōnem appellatiui, ut Deiphobe glauci, sub-
 audi filia, ita nec pronomina possessiva, quæ pro genitiis ponuntur primis, nunc ab-
 solutis non iunguntur propriis, nisi per subintellecōnem appellatiuorum, ut tua Penelo-
 pe, suahudi uxor, aut coniux. Quarto propria nomina grecæ solere apud doctos suam de-
 clinationem scrūare, licet multa in nostram migrasse legantur, ut hæc Penelope huius Pe-
 nelopes. Nam Penelopa in suerum esset. Reperitur tam: n Heleus & Helena. Leude & Lx-
 da &c. Quinto epithetis, id est adiectiua proprietatem (ut notis loquar) importatissima, esse at-
 tribuenda præ negotiis & locis, Quia ergo nihil amanti magis alienum quam lēnū esse,
 & segnem. (Nam ut hic dicerat. Res est follisci plena timoris amor) Ideo bene dicit, Len-
 to tibi, quæ si dicat flaccido, & tepido in amore uiuo, cum sim tam strenua coniux, ut etiam
 noctes tibi impendam reficiendo uidelicet telam, & ita illudendo procos. Sexto, & Vlysses:
 secundū grecā deductionē deberet scribi O ysses, aut Odysses, scribit enim græcæ ὁδύσσειος
 sed eus lepe in es lögum mutatur, Achilleus Achilles, Nercus Neres, Orpheus Orphes. Vn:
 de uolunt Orphi in dario uictum in Buccol. Orphi caliopes, sed nescio quo errore pro o,
 scribitur nunc u, & pro d,l, & pro s,i,x, cum tamen sint qui scribant Olysses, & multi qui V-
 lysses. Nos uero quia ita plures scribunt sc̄rē, Vlyxes scriplimus, habet autem in uocatio-
 etiam Vlyxes, tunc presertim cum s, crebro ponetur, ut apud Cic. in carmine de firenum-
 cantu apud Hom. O decus argolicum quin puppim flectit Vlyxe, hic autem reperiri Vly-
 xes, forte ne esset, illepidus concursus Penelope, Vlyxe. (Nil mihi rescribas) Occurrit per
 responcionem antipophoram, posset enim respondere, si ad me scribis coniux, rescribam
 ad te atque ita tecum paria fecero ad quod ipsa. (Nil mihi rescribas,) Id est nolo quidquā
 rescribas ad me Dicat igitur non petis certior fieri de me, quocirca addit attamen, id est
 licet nolim rescriptum, uolo tamen noua de te, ueni igitur, dicat mittam ex meis, qui elo-
 quantur, quod excludit dicens. Ipse quod est tu, quasi dicat in propria persona. Habet.
 n. emphasis pronomen ipse, & excludit iuferiores personas, ut oue missus ab ipso, q.d. ab eo
 qui summus est, & non ab inferiore. Rex ipse me semper in oculis haber &c. Haber tamen
 decenter officium trium personarum Primæ ut & ipsum ludure que uellem calamo per-
 misit agresti. Ipsum, id est me. ipse ignotus, egens Libiç deserta peragro. Ipse, id est ego.
 Secundæ ut hie ipse ueni. & 6. Aeneid. ipsa cauas. Tertio, ut eiusdem tertio. Ipse canat &c.
 Ordinariora à nobis ponetur, quia cum binis serè uerbis compleatur sententia, facile est
 cum consequi in elegiacis presertim, quorum filius facilior est. Ultimo tamen hoc loco no-
 tabis, quia secundum Vallam indiferenter serè dicimus, rescribas, nil rescribe, & nil re-
 scripseris, & ideo diuersos modos coniungit poëta dicens. (Nil mihi rescribas, attamen ip-
 se ueui) Nisi longior fierem, dicerem tamen, à Seruio exponi aliquando pro tandem, &
 sic erit sensus. (Nihil rescribas) Sed tandem ipse ueni, aut exponendo more confucudo cō-
 textus est. (Nil rescribas) Id est nolo quidquam ad me scribas, sed tamen licet id nolo, ipse
 ueui, quia te plusquam literas tuas desidero. (Troia iacet &c.) Docet facile posse redire cū
 Greci compotes uoti effecti sint. Diruta Troia, quia tamen non reddit, progreditur in dete-
 rationem bellorum, quæ ut Horat. dicit matribus semper detestata sunt, sed ne suos per
 hoc lēdat callida mulier, conuerit odium in ipsam Troiam, ipsosque Troianos, quorū li-
 bido, & ad ulcerium causa tanti belli fuit. (Vix Priamus tanti) Duplex sensus est alter ab
 Antonio positivo, uidelicet ut Priamus dum staret in regno, & tota Troia uix fuerit tanti
 i. uix rebutata, aut & stimata sit tanti ualoris, ut græci uellent illuc diutius immorari, quo
 circa, cum Priamus extinctus sit, & Troia euersa, uidetur aliud puella obiecisse Vlyssi, quæ
 tantum immoratur. Alter sensus est Priamus, & tota Troia uix fuit tanti, ut tot pueræ De-
 max uidegerent. (O uitiam) Aliquando optantes ponimus ò tantum, aliquando uitia
 tantum, aliquando utrumque, tunc uidelicet cum nehemens est affectio, ut hic, simili-
 ter aliquando ò tantum, ut in Buc. O mihi tam longe maneat pars ultima uite. Aliquando
 ò tantum, ut 6. Aene. Si nunc si nobis ille aureus arbore ramus Ostendat &c. Aliquando
 utrumque, ut apud Persium Sat. 2. O si ebulliat patrui preclatum funus &c. neque uitiosus

est quia uocalis sequitur. Nam uidetur quasi una pars orationis & monosyllaba, licet absu-
mant uocalem & in non tamen absuntur. unde Horat. Carm. i. & presidium dulcedecus
meū. Historia autem diuerthimode recitati solet, sed uulgarior est Alexádrum, qui & Paris
dicitur, siue ob Hesionam amittā sororem uidelicet Priam, qui in captione priore Troiæ
ab Hercule facta Thelamon in fortē data est, in Gr̄ciam nauigasse ad eam repetendam,
siue ad Helenam à Venere promissam obtinebā in Peloponneso nauigasse, & que illi pre-
cipua occurrit, Helenam rapuisse, ob cuius raptrum, Troiā bellum subsecutū dicitur cū
euerione Troiæ, quam euentandam, & incendēdam prōtauerat Paris, cum adhuc in ute-
ro materno esset, quia Hecuba mater eius uisa est sibi gestare canem portatē mordicissā
cem ardētem, unde tota Troia incenderetur, quan rem Priamus cum ex carum rerum in
terpreibus intellexisset, significare incendiū Troiæ, ius sit p̄olem extingui in primordiis,
sed mater miserans exponentiam dedit. Vnde Paris inter pastores ab infantia uexatus est,
ubi Oenonem nympham cognouit, ut suo loco dicemus. Insani aquis aue maguis, aut
quantibus, & furentibus, sicut in Buc. Insani feriant siue littora fluctus.

Non ego deserto iacuissim frigida lecto:
Nec quererer tardos ire relicta dies:
Nec mihi quārenti spatiōsam fallere noctem
Lassaret uidaus pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
Res est solliciti plena timoris amor.
In te fingebam uiolentos Troas ituros:
Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
Siue quis Antilochū narrabat ab Hectore uictū:
Antilochns nostri causa timoris erat:
Siue Menetiaden falsis cecidisse sub armis:

socium & locum desertum & non frequentatum. Terent. Venit alicunde ex solo loco. (De
seruo). s.a te qui debueras in eo mecum iacere. (Nec quererer) i.e. non dolorem & lamenta-
ter. (Dies) Ire tardos. i.e. esse longos & tarde finiri, ut mihi uidetur, nam amantibus & om-
nibus qui sunt in aliqua sollicititudine fortunę tempora uidentur tarde transire & elle-
mum longa Virg. in Bucc. Si mihi non hæc lux torta iam longior anno est. & Horat. in 1.
Epist. Ut nos longa quibus méritur amica: diesque longa uidetur opus debentibus. (Quā-
renti) Conanti. (Fallere) Decipere, & prēterire aliquid faciendo & texendo, ne molestiam
temporis sentiam, quod tam non possum assequi, quia labor texendi dum de tuo discessit
sum anxia, laxat & fatigat manus meas quod non fieri, si tu adfles, omnis. n. uidetur la-
bor mihi iucundus te presente. dicitur autem falli, quel decepi tempus, cuni aliquid sit, quo
ipsius temporis molestia non sentiatur. Ouid. in Tristib. Non qui soleatur, non qui laben-
zia tarde. Tempora narrando fallat, amicus, adeſt. (Pendula) Quis pender ē ligno, quo in-
voluitur, quod iugum dicitur. Ouid. 6. Metamorph. (Tela) Iugum innata est. (Quando)
Quasi dicat semper, est enim pronunciadū interrogatiue. (Pericula) Scilicet de te. (Gra-
uiora ueris?) Scilicet periculis, i.maiora quam ea, que uere possunt tibi euenire. (Res est
solliciti) Sententia est exornatio rhetorica, & est quasi descriptio amoris (Solliciti) Auxiliis,
requieti. (In te fingebam) Enumerat Penelope pericula multa & anxios timores, quibus
dicit se propter maritum suum, quem amat affectam suisce. (Fingebam) Animo cōſti-
tabam. & ut ita dicam imaginabat. (Troas) Troianos accusatiūs est grecus à nominati
uo troas, accusatiūs singularis est troa à quo pluralis formatur per additionem, scilicet ut
Troas, dicti autem sunt Troes à Troe Erichthonii filio. (Violentos) Fortes, uel potius;
Epist. Ouid.

HVB.

NON ego) Incipit ea com-
memorare, quibus dicit se
suisse caritatem, si Paris suisset
submersus. (Ego) Penelope. (No-
i iacuissim). i. cubuisse. (Frigi-
da) Vel re uera frigida non cal-
facta à marito uel certe, quod
magis placet, frigida. i. sola. nam
frigescere significat solum esse
& cessare. Terent. nimium hic
homines frigens sicut cona fe-
runtre, frequentati Virg. Feruer
opus & aliud cum littera seruere
late, prospiceres. dicimus autem
solum hominem, qui non habet

Arch
locum

A. T.

P. E N E L O P E

seros, & crudeles. (In te) Contra te. i. interpngrandum. (Eran pallida in nomine Hectoris). i. semper timebam cum audiebam nonsem Hectoris, qui omnium Trojanorum fortissimus dicebatur, pallidus autem ponitur pro timido quod ex timore sequitur pallor. Siue quis, enumerat multos, quos audiuit ab Hestate interfectos, ob quam causam dicit se valde timuisse, ne Vlysses suis astutis possit ab eo euadere. (Antilochus) Erat causa nostri timoris. i. erat causa quare timerem, si quis narrabat ipsum superatum ab Hestate. In quo aduentum est φ Antilochus non fuit tamen ab Hestate interfectus, licet fortasse in pecto inter dum ad eo superatus, nam fuit Nestoris filius, qui Hestate iam mortuo a Memnone Aurore filio interfectus est, cuius mortem Nestor admodum senex impatientissime tulisse dicitur adeo ut quereretur se nimis diu vixisse, quod filio fuisse superstes. Propertius de Nestore sic inquit, Non ille Antilochi uidisset corpus humari. Diceret autem de mors cur mihi sera uenies Iuueni. Oro parumper Attendas quantum de legibus ipse queratur Fatorum, & Iongo de flamine cum uidet acris Antilochi barbam ardenteam, nam querit ab omni: Quisquis adest: socio, cur huc in tempora duret. Quod facinus dignum tam longo admirerit zeno. (Sive Menetiazen) Subaudi siue aliquis narrabat Menetiazen. i. Patroclum. Cecidisse, mortuum esse. (Sub falsis armis). i. in armis non satis, sed Achil. historia aut hoc habet Patroclus filius Menetii filii Actoris ab Achille sincere dilectus, cum Achil. ob ira raptae fibi Briseidis, nollet pugnare, eius armis in datus, putans se territum Troiaos, qui crederent ipsum esse Achilem cum Hestate cogredi ausus est, a quo, & superatus & interfactus est, cuius cæde tanquam amicissim: Achilles ita moleste tulit, ut non posset quiescere, tandem, ut eum ulcisceretur, reuersus ad pugnam, Hestate interfecit, quem currui alligatum circa muros Troianos capravit, & huc satis sunt ad hunc locum intelligendum Patroclus interdum a poëtis dicitur Actorides ab aucto. Ouid. Fast. lib. 2. Actoridem Peleus ipsum quoque pelea phoci, Cæde, Phemonias soluit Acastus aquas, & lib. 12. Met. Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis Troias ab artifis cum defensore carinis.

P. A. R. SIVE quis Antilochum Non placet Amphilochum mutare cum Politiano nam quanquam fuit is quidem Creati. F. ab hec occisus ut Iliad. 13. canit Homero. Antilochum uero Nestoris, cum laboranti in acie partem ferret a Memnone inter rempētum Piadarus, & qui Iuanda scri. extorsus a fine Homeri, Quintus auctor est, ego tamen antiquam re ceptamq; lectionem tuor, ut Ouidius inferuies puerili decoro negligat historiaz fidem, cuius admodum studiose matrone satyra Iuuen. accusantur, ut ab eodem contra precipitatur, ne matrona historias sciat omnes. Sed quadam in libris, & non intelligat. Ex quo Ouid. hoc ipso opere ex persona Oenones addubitate dixit. Illam de patria Theseus (nisi nomine fallor) nescio quis Theseus absulit arte sua. nec tamen comici, sed quicunque uersatur in dramatico scribendi genere, sententias, & uerba personis ascribunt, ut Plautus in Trucul. non saluuo parum latine posuit ex persona rustici. Terent. quoq; emoriri apud quen rursus adolescentis atticos. emori cupio dixit. & Theocritus cumque securus in Buc. noster Maro, quodam dicuntur aliter quam res habet, ad exprimentiam rusticans simplicem, quod Seu. etiam notavit eo quod prius Valerius probus in illud ex Bucolico Maronis lodicro. Canon & quis fuit alter, His verbis. Sed quamvis plures fuerint mathematici, eleganter errantem rusticum inducit dicentes, qui fuit alter, alter enim accipitur unus de duobus nihil itaque mitum si Penelope non ad unum tenet historiam, quam non ex auncio, sed incerto tunuore collegat in bellis terroribus plerumque uano, quod ex Statio, Virgilioque, & ipso Ouidio copiosius, & distinctius ostendam in eo opere, cui titulum feci de rebus per epistolam quæsitis.

A. S. C. LECTO in deserto A marito. (Nec quereret sine diphthongo. (Tardos dies) Quia desiderant, & optanti cardi uir. (Nec mihi querenti fallere. i. occasio dem quia fallere. i. mitius peragam spatiis noctem, quæ me sua duratione opprimeret, nisi labore fallere eam. Nam ociosis sub noctem cura recursat. (Tela pendula). i. suspesa, & declinatur huc tela cele. (Quando ego non timui) interrogatio figurata, quæ tunc locu hades, quando affirmationi locus decisi, & ita negatiuam petit responsonem, non tri detur, sed in Bucolicis. Huc eadem, ut sciens quid non faciebat Amyntas, quæsi dicat nihil non faciebat

bat, sed omnia faciebat. & hoc quando ego non timui, quasi dicat nunquam non timui, quod est semper timui, sed plus efficit quam si diceret semper timui. (Res est solliciti) Diuerbiū est. (Violentos Troas) Corripitur, quia accusatiūs gr̄.excus. (Nomine in Hectoreo) Quia tanti nominis fuit Hector apud Gracos, ut omnis à facie eius fugerent præter Achillem, quod etiam Homerus in laudem & gloriam Achillis afferit. (Sive quis Antilochū) Narrat facinorū Hectoris, ob quæ in eis nomine polluerit. (Falsi armis). i. quibus se Achillē simulabat. Cum enim hoc raptum Briseida Achilles iratus Agamemnoni, in Troianos armari nollet, & omnes Græci a facie Hectoris fugerent, Patroclus socius, Achillis induitus armis, eius in occursum uenit ei, & tandem occidit est. & eius arma induitus Hector ciuitatem in greditur. Vnde Aeneid. 2. Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hector, qui redit exuñas induitus Achillis.

Flebam successu posse carere dolos.

Sāguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastā:

Tlepolemi leto cura nouata mea est.

Déniq; quisquis erat castris iugulatus Achius;

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Sed bene consuluit casto Deus æquus amoris;

Versa est in cineres sospite Troia uiro.

Argolici redire duces: altaria fumant:

Ponitūr ad patrios barbara præda deos.

Grata feruunt Nymphæ pro saluis dona maritis:

ideo dixit. (Tepesecerat). i. calefecerat. (Sanguine). s. suo cum esset uulneratus. (Haftam Lyciam). i. Sarpedonis Lycii (Cura) Timor sollicitudo. (Nouata) Reintegrata. (Denique Tandem, & finaliter. (Quisquis). i. quicunque sue fortis, sue ignauus. (Iugulatus) Infectus, nam iugulus est pars colli supra pectus, ubi locus est ad hominem interficiendus aptus, inde iugulare dicitur (Castris Achius). i. in exercitu Græcorum. (Amantis). s. mei Penelopes. Erat frigidus glacie, nam propter timorem homines frigidi sunt. Virg. i. Aen. Extemplo Aenei soluuntur frigore mēbra. Quod autem dixit frigidus glacie hyperbole est figura. i. superlatio, nō hæc oratio est supra uerum. (Sed Deus æquus). i. iustus, qui pios & iustos nunquam derelinquit. (Bene cōsuluit). i. bene prouidit. (A mori). s. meo. (Casto) Pudo quia semper tibi seruauit fidem. (Versa est) Ecce quo bene consuluit, quia in tātis periculis bellī uir meus Ulyss. incolumis remansit, & Troia euersa est. (Versa est in cineres). i. in ceusa nam q̄ incēdio consumitur, in cineres uertitur. (Viro) Marito. s. meo. (Sospite) Incolumi. (Argolici) Nūc pergit Penel. cōmemorare & probare ab æquitate, quod Ulyss. debeat domum reuerti, quia omnes alii duces reuersi cōsolantur uxores suas, cum ipse solus, ut diximus, magitali defit officio. (Duces) A deucedo dicti, qui partem exercitus regūt. (Argolici) (Græci). Rediere. s. domum suam, uel in patriam. (Altaria sumant). i. incensa sunt ad sacrificia sacra diis. Ouid.lib. 2. Fast. Idib. Augu. Fumante altaria fau. Solebant. n. antiqui in aris thura & cæses uictimas comburere, unde illi sacræ holocausta, quasi combusta dicebantur. (Præda) Quidquid aliquid rapitur: Præda dicitur Barbara. i. Tro. nam priusq; Rom. rerum potirentur, Græci omnes præter se barbaro: appellabant postea uero Latinis. Græcisq; ue exceptis barbari omnes dicti sunt. (Ponitūr). i. a uictoribus quia solebant hostilia spolia templis deorum affigi à uictoribus. Virg. lib. 3. Aeneid. Acre cauo clypeum magni gestamen Abantii. Postibus aduersis figo, & rem carmine signo. (Deos præda) Qui coluntur in patria, quia quælibet natio dabuit suos deos. (Nymphæ) Interdum græce dicuntur sponsæ, hic pro mulieribus puellis ponitur. (Dona grata). s. ipsiis puellis, quia libenter ea offerunt pro maritis Saluis. i. incolumibis. Terent. Saluum te uenire gaudeo.

LYCIAM)

H V B.

P E N E L O P E
A S C E N S I V S.

L Y C I A M) H a s t a m , q u a m S a r p e d o n L y c i u s s e r e b a t , q u i u i r i n g e s f u i t . V n d e A e n . 1 .
S e u u s u b i A e a c i d e t e l o i a c e t H e c t o r , u b i i n g e n s S a r p e d o n &c . (S e d b e n e c o n s u l i t &c .) S e d
i s t a , i n q u i t , n o n s u n t i a m t i m e n d a m , c u m p a r a t a s i t u i c t o r i a , o b q u a n y m p h r . i . s p ó f e m a
r i t o r e c i p i e n t i s d i i u o t a p e r s o l u o n t , f a c i t a u t e m d i g r e s s i o n e m , q u a r e c i t a t e a , q u e à m a r i
t i s r e c e p t i s n a r r a n t u r d e s t u & e x c i d i o T r o i x . I l l i c A e a c i d e s . (s i V i r g . A e n . 2 . h i c .) D o l o
p u m m a n u s h i c s e u u s t e n d e b a t A c h i l l e s . T e n e b a t . s . t e n t o r i a s u a & c a s t r a m e n t a t u s e s t .
P i n g i t & e x i g u o p e r g a m a t o t a m e r o . L a u s p i c t o r i s & d e c l a m a t i o e x c o n t r a r i i s p e r a n t i-
s e b e n i t u d i n e c e r e , n a m t o t a p e r g a m a m a g n a n u m i r u m f u e r u n t . V n d e c o n t r a r i u m e s t e x i g u o
m e r o . P i n g i t a u t e m f u n d e n d u m m o d i c u m u n i s u p e r t a b u l a m s e u m e n s a m , q u o d e d u d a
p e r d i g i t u m o s t e n d i t f o r m a m & s i t u m T r o i x .

H V B . I L L I . s . m a r i t i . c a n u n t t u m
f a c t a l e t i t i a n a r r e n t . (S u i s) M e u s
i n g u i t u m u i c t a , u t s i t d a-
t i u s & s e n s u s . (V i c t a s u i s) i . 2
T e l a m ó ; s u i s g r æ c i s . (T r o i c a f a t a) N o-
t a n d u m e s t l e g e n d u m e s s e f a-
c t a n o n a u t e m f a c t a , q u o d e n i m si-
g n i f i c a t e r f a t a T r o i c a e s s e u i-
c t a , s e d f a t a u i c t a s u n t , q u i b u s
d e f e n s i o T r o i a n o r u m c o n s i s t e-
b a t , q u x c u m d i u G r æ c o s f a-
g a s s e n t , & a b e a e x p u g n a n d a u
b e r e p e l l e r e t e a n d e m i n f i d i s . S i n o m i n i s u i c t a s u n t q u o d l i g n e o a r m a t i s u i r i s p l e n o i n u
b e i n t r o d u c t o , f a t a a u t e m n o n f a c t a l e g e n d u m e s s e , u e l i l l o V i r g . L o c o m a x i m e p e c i p i t u r
a . A e n e i d . F a c t i b e l l o , f a t i s q u e r e p u l s i D u c t o r e s D a n a u m . F a t a a u t e m h e c T r o i a n o r u m
d i c u n t u r f u i s s e . V n a T r o i l i . C o n f e r u a t i o P a l l a d i i , i d e s t s i m u l a c r i P a l l a d i s , q u o d T r o i a n i
h a b e b a n t i n u r b e , & u t s e p u l c r u m L a o m e d o n t i s , q u o d e r a t i n P o r t a s e x a , s e r u a r e t u r i n t e
g r u m , & u t e q u i R hœsi , d e q u i b u s i n f e r i u s d i c i t u r , p o s s e n t à T r o i a n i r e c e p i , h e c o m n i a f a-
t a u i c e r u n t G r æ c i . N a m A c h i l l e s T r o i l u m s e c u m c o n g r e s s u m i n f e c i t . P a l l a d i u m u e r o
a b V l y s s . & D i o . c l à m n o c t u r u b e i n g r e s s i , c e f i s a r c i s c u s t o d i b u s a s p o r t a t u s e s t . E q u i R hœsi
u t i n f r a u i d e b i t u r , a b V l y s s . & D i o . a b d u c t i s u n s , u t V i r g i l . I n q u i t , p r i u s q u a m p a b u l a g u-
s t a s s e n t T r o i z X a n t h u m q ; b i b i s s e n t , p o r t a u e r o s e x a d i r u t a e s t a b i p s i s T r o i a n i s , u t e q u u s
i n t r o d u c e r e t , & i t a f a t a T r o i a n a u i c t a s u n t , & d e h i s n u n c e s t i n t e l l i g e n d u m . I u s t i q u e
s e n s e s e p i t h e r o n c o n u e n i e n s i l l . x r a t i . O u i d . l i b . 6 . M e t . D i c i t i u s t e s e n x , & f e m i n a c o n-
i u g e i u s t o D i g n a q u i d o p e t i s . & l i b . 3 . F a s t . P l e n t i p a r i t e r m o l l e s a n i m i s u i r g o q ; , s e n e x q ; .
B q u i b u s h e c i u s t i u e r b a f u e r e s e n i s . T r e p i d a x n a t u r a l i t e r t i m i d a x . P e n d e t a t t e n d u i t , c a
e n i m a l i q u u e a t t e n t e a u d i m u s , i t a e u m a s p i c i m u s , u t e x e i u s o r e p e n d e r e u i d e a m u r . V i r .
d e D i o . (P e n d e t q u e i c r u m n a r r a n t i s a b o r e) A t q u e a l i q u i s o s t e n d i t P e n e . Q u a m u a r i a r e
r u m n a r r a t i o n e G r æ c i d o m u m r e u e r s i d e t i n a n t u x o r e s s u a s . (M o n s t r a t) O s t e n d i t q u a s i
a d o c u l u s . (F e r a p r o l i a .) I d e s t p u g n a , g e s t a s i n t e r g r æ c o s & T r o i a n o s . (P i n g i t) D e s c r i b e t
(E x i g u o m e r o) S i e n i m i n m e n s a s o l e n t m u l t a d e p i n g i , q u a r e a d o c u l u m d e m o n s t r a r e u o l u
m u s , u t i n f r a H e l e n a a d P a r i d e m . O r b e q u o q u e i n m e n s a l e g i s u b n o m i n e n o s t r o , Q u o d
d e d u c t a m e r a l i t e r a f e c i t a m o . & i n I . A m o r u . V e r b a l e g e s d i g i t i s u e r b a n o t a t a m e r o . I d e
i n l i b r o A m o r . N o n o c u l i s t a c u e r e t u i s c o n s c r i p t a q u e u i n o m e n s a . (H e c i b a t) Δ η ρ η i n ο
i d e s t d e m o n s t r a t i u s , p o n i t u r . (S i m o i s) E l n u i u s e x I d a m o n t e d e f l u e n s . i u x t a I l i u l a b e n s ,
n o n l o n g e à S i g e o X a n t h o c o m m i x t u s f a c t a p a l u d e i n m a r e i n g r e d i t u r , g e n i t i u m s a c i t S i
m o n t i s . (T e l l u s S i g e i a ,) I d e s t p r o m o n t o r i u m S i g e i u m n o b i l i t a t e s e p u l c r o A c h i l l i s , s i-
c u t R h e t i u m s e p u l c r o A i a c i s T e l a m o n i i . (S t e t e r a t) F u e r a t , e r e c t a e r a t . R e g i a c e l s a) A d u l a
s u b s t a n t i u m

substantium est. (Illic).i.alio loco, ita enim ista narrantur , quasi loca sint ante oculos. (Aeacides) Achilles nepos Aeaci patronymicu ab auo, nam Aeacus Louis, & Aeginz filius genuit Peleum patrem Achilli. (Tendebat) Tentoria militaria habebat. dicuntur autem, attendendo quia extensis nolis siebant. demonstrantur autem Achil. tentoria non sine causa: sicut quasi dicat ubi Priamus supplex fuit ei & corpus Hectoris ad sepulturam redemit.

P A R R H A S I V S.

D O N A grata nam, ut inquit Valer. Max. Prisco instituto rebus diuinis opera dabantur: cum aliquid commendandum. preicatione, cum exposcendum, uoto, cum exultandum, gratulatione. Est autem gratulari diis agere gratias, ut ex Iuno facile percipitur, in hunc ergo sensum dixit Ouid. Grata dona. (Illi) Religiosi & virtutis opes. Etenim iustitia prima pars est pietas & deorum cultus: cui maxime illa studebat xeras. hinc Hesiodi carmen proverbii uite iactatum, quod Hiperides in Autoclem recitat.

Bella gerant iuuenes, & proxima consular xeras. Decrepito. senes palmas ad numina cedant, & equitatis obseruancia senibus etiam conuenit, itaque nihil impedit in suo proprio signatu iustos accipere.

A S C E N S I V S.

S I M O I S) Nomen flvij Troiani declinavit hic simois, huius simoëntis uel simoëntos, huic simoëne. Virg. Aeneid. i. genuit simoëntis ad undam, sed à nominatio Simois Seruus Simoëntis deducit.

Hic lacer admissos terruit Hector equos.
Omnia nanque tuo senior, te querere missis
Rettulerat nato Nestor, at ille mihi.
Rettulit & ferro Rhœsumq; Dolonaque casos:
Utque sit hic somno proditus, ille dolo.
Ausus es ò nimium, nimiumque oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo:
Totque simul mactare uiros adiutus ab uno.
At bene cautus eras, & memor ante mei.
Vsque metu miciuere finis: dum uictor amicum

uenisset? ptxterea in libro meo uetusissimo hic lacer scriptum reperi, & multis ostendi, & adhuc ostendere possum, legendum est igitur. (Hic lacer admissos terruit Hector. equos.) Constat enim Hectora circa muros Troianos equis raptatum fuisse. Virg. lib. 2. Aeneid. Ecce ante oculos me stissimum Hector. Visus adesse mihi, largosque effundere fletus: Raptatus bigis, ut quandam: atque cruento Puluere &c. & idem lib. 1. ter circum iliacos raptauerat Hectora muros, dum igitur traheretur Hector. equi aspectu cruentati cadaveris territi sunt, hac ostendit ipse Ouid. in consolatione ad Liuiam de morte Drusi: his uerbis. Hoc fuit Andromacha cum uir religatus ad axes Terruit amissos sanguinolentus equos, ergo uolens nunc aliquis ex Græcis illum locum uxori sua ante oculos ponere dicebat. (Hic) Hoc loco, quem designabat in mensa. (Hic lacer,) Id est uulneribus confossum & dilaceratum. Virgilii, uulneraque illa gerens, quæ circum plurima uiros Accepit patrios. (Terruit Hector admissos,) Id est liberos & celeres: nam amitto componitur ex a particula separativa, & mitto: inde amissus dicitur quasi dimissus: & liber, & ideo celere. Ouid. Et celere amissis, & labitur annus equis: & libro quarto Fast. Hanc quandam Cytherea diem properantius ire iussit, & amissos precipitauit equos. Ergo nullo modo legatur admissos. (Omnia) Dicit Penelope se hæc omnia intellexisse

Hic lacer) Male legitur hic HV B.
lacer missos terruit He. *Hic a-
ctor equos: nam hæc sententia: lacer
nulla ratione, aut historiæ testis missos.
monio potest comprobari, nec Alii èt
est uerisimile quod Græci uxori- legunt.
ribus suis in bello gesta narrantur. Hic la-
ters laudant Hectora hostem, cer a-
aut appellassent ipsum alacrem, missos.
de equis territis ab Hectore, dū
uiueret nulla sic mentio, nam
quidam dicunt de equis Rhœf,
quomodo conuenit, cum Rhœ-
sus in auxilium Troianorum

intellexisse à Telemacho, cui Nestor ea narrauerat: cum ad eum missus fuisset ad queren-
 dum Vlysiem patrem suum. (Senior,) Scilicet senex comparatiuum pro, positivo. agebat
 enim ut Cicero ser. tertiam hominum xatem, etiam ipse referit lib. 13. Metamorph. Vixi
 annos 200. nunc tercia uiuitur xtas. (Tuo nanque) Telemac. (Misso querere). i. ad queren-
 dum. (Ille). s. Telemac. nihili subaudi rettulit, & i. etiam præter supradicta. (Rettulit) Nar-
 ravit. (Rhœsum Dolonaq; Czlos) Sic legendum est, utque coniunctio enclistica utriusque
 subiungatur, ut constet ratio metri, nam Dolon primâ corripit & quam coniunctio hoc lo-
 co non solum cōpulat uerba, sed etiam sensum, ut ostendat utrumque ex sum. i. interfectum
 fuisse. Fuit autem Rhœsus rex Thraciæ, ab amicitia Priami non alienus, qui cū in auxiliis
 Troiam uenisset, cum Thracum copiis iam nocte ad uenientem ante insulam, quæ anteposita
 ciuitati continentem adiungitur paulisper commoratus, postea circiter secundam uigiliam
 campos Troia. Ingressus tentoria explicit, quod ubi Dio. & Vlys. in ea parte uigilias curā-
 tes animaduertere, uel potius, ut alii uolunt ex Dolone Troiano intellexerunt, & ipse spe-
 culatum exierat, & eum deprehenderat, ut mox dicetur omnia cir cūspiciens. Celeriter ad
 locum, ubi Rhœsus commoratus fuerat, accesserunt. Tum fatigatis ex itinere custodibus,
 & ob id somno pressis. Vlyssi & Diomede introgressi, regem in ipsius tentoriis interfec-
 runt, & currum eius cum insignibus equis ad naues Græcorum duxerunt. Dolon autem uie-
 fuit Troia. Eumedis filius qui in castra Græcorum speculatur accessit, pæctus cum Troia.
 ut in remunerationem speculationis, sibi darentur equi Achil. post uictoriā quā sperabat,
 sed deprehensus est à Dio. & Vlyssi. qui & ipse speculatū uenerant, & uigilias, ut diximus in-
 ea parte curabant, quibus omnia aperuit, que Troiani pararent, & sperarent, indicauitque
 præcipue aduentum Rhœsi, & satum quod de eius equis erat. Troiā non posse capi, si aquā
 Xanthi bibissent aut pabula soli Troiani gustassent, promiserat. ei enim uitam, si omnia in-
 dicaret, uerum omnibus perceptis eum interficerentur, unde Ouid. nunc dixit cum prodi-
 tum iuuisse ostendit Ouid. lib. 2. Trist. nō fore Eumedes orbus si filius eius stultus, Achilleos
 non adamasset equos. & Virg. lib. 12. Aen. multis uerbis. Sed quidquid pertinet ad inelli-
 gendum hunc locum, optime habetur lib. 13. Met. ex uerbis Vlyssi. Est aliquid de tot Graio-
 rum milibus unū à Dido. legi, nec me fors ire iubebat. Sed tamē & spredo noftisq; hostisq;
 pericolo. Ausum eadem, que nos Phrygia de gente Dolona, intimo non ante tamen, quam
 cuncta, coëgi prodere, & edidici quid perfida Troia pararet. Omnia cognorā, nec quid spe-
 cularer habebant. Etiam promissa poterat cum laude reuerti. Haud contentus eo petti
 tentoria Rhœsi. Inque suis ipsum caltris, comitesq; Peremi. Atque ita captiuo uictor uo-
 tisq; potitus, ingredior curru latoꝝ imitante triumphos, & Virg. lib. 1. Aene. Nec procul
 hinc Rhœsi niaeis tentoria uelis Agnoscit lacrymans, primo quæ prodita sonno Tytides
 multa uastabat qdē cruentus. Ardentisq; auertit equos in caltra priusquam Pabula gu-
 gassent Troiā Xanthumq; bibissent. Ecce per hos Ouidii & Virg. uersus declaratur totus
 hic locus huius epistolæ. ut sicut hic Rhœsi proditus sonno, quia inuasus est, cum dormi-
 ret custodibus eriam suis, ut dictum est. (Somno) Pressis, ita enim scr. Ditis Cretenis, licet
 Seru. super cum locum, primoque prodita sonno, exponat prima parte noctis, ut libra die,
 somniisque pares ubi secerit horis. Sed prior sensus est ex his. (Aulus es) Incusus Penelo pe-
 Vlysses nimie audacie & obliuionis suorum. (Nimium) Et nimium, hoc est penitus. tuo
 rum partis, filii, & uxoris. (Tāgere,) Scilicet accessu tuo, hoc est intrare. (Castra) Thracia,
 id est tentoria Rhœsi regi. Thrac. (Dolo) Insidiis nostris, quod est audacius quam in luce.
 (Tor uiros) Comites regis, qui erant in eins tentoriis. (Ab uno) A solo Dium. (Cautus)
 Prouidus periculorum. (Ante) Olim quia simulabas insaniam, ne ires ad illam pericula,
 & ne me solam reliqueres quod ipse dixit 13. Metamorph. Me mea detinuit coniux, pia
 mater Achillem, & diximus supra in argumeto. (Vsque meru) Dicit Pene. quod cū hæc su-
 pradicta narraréatur sibi fuisse gesta ab Vlyssi. semper audiēdo nimio timore trenuī donec
 iurellexit Vlyssi. his ita gestis reuertisse ad Græcos equis Rhœsi adductis. (Vsque) Assidue.
 (Sinus) Pectora mea. (Micuere) Moti sunt, tremuere. (Metu micuere) Quia lætitia etiam
 interdum trepidat pectus. (Dum) Donec. (Victor,) Id est tu.

A T bene cautus erat & memor ante mei) Inversio que plus urget, quam si diceret, obli- PAR:
tus eras mei. (At). Cironeus. (Ante) Quam tata res adorieris apertissimoq; uitæ periculo
te cõmitteres. (Eras memor mei) Vel meorum mandatorum ego tibi succurrebâ, & perinde.
(Eras bene cautus) Periculorum fugitans, & salutis uitæq; paratus. Atque ita non est,
alioqui si te cogitatio mei subisset, ad pericula cunctarius accessisses, ut te mihi seruares, in-
columem & in tua salute meæ parceres, hanc sententiam planius expressit in Laodamia.
Et facito ut dicas. quoties pugnare parabis. Parcere me iussit Laodamia sibi, & illuc ultima
mandato claudetur epistola paruo. Sit tibi cura tui, sit tibi cura mei.

O M N I A nanque tuo) Docer quomodo, & a quo hoc norit facinora Vlyssis ex Tele-
macho, uidelicet suo & Vlyssis filio, quem ad Nestorem miserat patris inquiridi gratia. In
qua te conciliat sibi ingeniosa mulier benevolentiam mariti, cuius se semper tam sollicitâ
suisse significat. Ordo est, dieo sup. quod. (Hector terruit, nanque Nestor) Qui secundum
Homerum tertiam uixerat zatem. (Rettulerat). i. recensuerat & enarrauerat. (Omnia)
Nato. i. filio tuo Telemacho. (Missis te quæzere) i. ut te quæzere. (At). i. ille. s. filius tuus
& meus. (Rettulit). i. recensuit mihi. Rettulit, inquit, Rhœsus regem illū Thraciz, & Do-
lona Troianum illum filium Eumedex cœsos. i. occisos a te, ferro. i. gladio & rettulit, ut. i.
qualiter hic. s. Rhœsus sit proditus somno, quia prima nocte dū clausas portas intrare nō
posset occisus est, unde Virg. Aeneid. 1. Nec procul hinc Rhœsi uiueis tentora uelis. Agno
scit lacrymas primo que proda somno. i. prima parte noctis, & ut ille uidelicet dolo pro-
ditus est dolo. quia promissa erat ei impunitas, sed nō fernata aut dolo, quæ occisus p̄tēn-
debat, hoc est propter dolū, quæ altruerat uolcab, & Rhœsus, quia imprudenter inter hostes
somnia indulgebat, & ita est uituperatio hostiū & laus uictoris, & tri dicit nocturno dolo,
quasi nō nisi per dolū id potuisse perpetrare sed dolus an uirtus quis in hoste requirat?
Adiutus ab uno uiro. s. Dio. Equis ismaris, ipsius uidelicet Rhœsi cuius ipse cū Dio. arden-
tes auertit equos i castra, priusq; pabula gustassent Troiz, Xātūq; bibissent, ubi dī Aen. 1.

Dictus es ismaris isse per agmen equis.
Sed mihi quid prodest uelstris disiecta lacertis
Ilios? & murus quod fuit ante, solum?
Si manco qualis Troia durante manebam,
Virque mihi dempto fine carendus abest.
Diruta sunt aliis: uni mihi Pergama restant:
Incola captiuo qua boue uictor arat.
Iam seges est, ubi Troia fuit: resecandaque falce,
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

bullus ad Messal. Vieta Maroneo frēdatus lumina Bacco, quem locum male quidam intel-
ligunt exponentes a Marone. i. Virg. di&um in 3. Aene. quo scri. Polypheum suisse sopi-
tum, sed errant, nā licet de Polyphemo loquatur etiā Tibullus, tñ nos facit mentionem de
Virg. descriptione, sed de uino, quod ex Thracia Vlyss. aduexerat. (Disiecta) Diruta, dissi-
pata. (Lacertis). i. uitib. (Quid prodest) q.d. nihil. (Et, murus) Ordo est. (Et solū?) Quod
fuit aperte mutus, nunc cœquatus solo. i. dirutus, nā te. tā equata solo dñr, q; sunt diruta, neq;
supra solum eminen. Virg. Hæc cœquata solo fumantia culmina ponā. Ouid.lib.2. Fast. Hæc
œquata solo est nullo sub crimine regni. (Si) Pro si quidē. i. quia. (Qualis) i. uida & sine
marito. (Carendus mihi) i. a me, & notandum hoc participi in uoce passiua a careo. (Dēm
pro fine) i. semper & perpetuo. nam quod finem non habent æterni e& (Aliis) Ad utilita
te aliarum. (Mihi uni) Mihi soli. i. in damnū mei solius, cui eset utilius quod adhuc flaret,
ut infra dicet utilius flarent. (Restant) Remanent non re uera, sed quantū ad dñū & dolo
sem suum. (Victor) Græcus. (Incola) Qui illuc habitationem fecit, post uictans Troiam.

HVB:
Dictus es). s. mihi ab eo qui
Narrabat. (Isse per agniē)
Amicum. s. Græcorum. (Equis
isse) i. equis Rhœsi abducti, &
hæc est, qđ in uerbis supra al-
legatis dicit. Atq; ita captiuo
uictor, uotisque potius. Ingredior curru lētos imitante triū
phos. Ismarus autem mons est
Thraciz, unde Ismarius ponitur
pro Thracio. Ismarus autē
prius dicebatur Maronea, optimo uino abundans, de quo Ti-

P E N E L O P E

(Boue captiuo) Pro bobus captiuis.i. bobus qui ante fuerant. (Troia) Nunc à græcis capte.
 iam seges est.hæc descriptio eo tendit, ut Penelope ostendat iandiu Troia sūisse euerſas;
 enumerat enim certissima euerſionis; & ruinz argumenta, ex quo magis cōqueritur de ab
 fentia Vlyssi.& quod non possit intelligere ubi sit, leges est, ubi fuit Troia & refecanda falce
 .i.iam herba nata est, ubi fuerat Troia, & ita alta ut iam sit falce metenda. (Segeſ) Aut secū
 dum Varonem dicitur à Sat. i. semine, est autem proprie ſeges eorum ſeminum, quæ pani
 conficiendo ſunt apta nondum demissa. Nam fruges generaliter dicuntur omnes fructus,
 qui in alimoniam uerti poſiunt, dicitur autem, eodem Varr. teste à fruendo, hæc ergo ſeges
 accipitur pro ſemine frugum lato & adhuc uiridi. (Falce). f. mifloria. Est enim & ſala puta
 toria, qua at bores putantur, de qua Virg. iiii Geor. Falce premes umbram. & in Buc. A que
 mala uites incidere falce nouellas. (Luxurias) Supra modum abundat. Horat. Luxuriantia
 compescet. Virg. Luxuriam ſegementē tenera depaſit in herba. Ad oues noununquam re-
 fetur, & significat exultare & laetiuiore. Quid. in Fast. Ludit & in pratis luxuriat; pecus,
 interdum habitudinem significat. Virg. in 3. Georg. Luxuriantē toris animosum peccus.
SC. luxuriam enim hæc ponit pro plenum, & denfum est. (Pinguis) Impinguata. (Sanguine
 Phrygio).i. sanguine Troianorū illic effuso. Est autem Phrygia Asia regio, ubi est Troia.
L I O S. Disiecta, sic Hora. uexata Illos dixit frequentius tamē hæc Illos, uel hoc Ilio
 legitur. Verit. puppim peregrinam ad littora ſed quomodo? Prota enim ad littus appellatur,
 non puppis. Verum peregrini, & hoſtes citro abnauigatur, dicitur & Aeneid. Obuertere
 perago p̄ras, & ita puppis appellatur ad littus ut parat̄ ſint naues ſi necesse fuerit ad fugā.

H V B. Semisepulta) Nō plene ſepul-
 ſtra, ut in bello accidit propter
 multitudinem. (Feriuntur) E-
 runtut ab aratris. Luc. lib. 7.
 Quæ ſeges infecta ſurget non
 decolor herba: Quo non Roma
 nos uiolabili uomere manes.
 Idem paulo poſt: Pluraq; rari cul-
 lis feriuntur dentibus oſſia. (Oc-
 cultus) Tertigit, eius frequentati-
 um eſt occulto. (Ruinosas) Ple-
 nas ruinis proſtratas. (Victor)
 ſtu Vlyſl. (Abes) Es abſens a
 domo tua. (Nec ſcire mihi).i. nec poſſum ſcire, quæ eam morandi. i. quæ cauſa ſit tibi quare
 diſeras redditum tuū in patriam, aut in quo orbe eleganter pro in qua parte orbis. (Quis-
 quis) Oſtendi non eſe culpam ſuam, quod ignoret ubi fit Vlyſl. dicit. n. Penelope ſe nem-
 ium pretermittere, qui ad littus ſuum ueniat quem non diligenter interroget de Vlyſl. &
 cui non tradat literas, quas ille reddat. ſi cum allicubi uiderit aut inueniter. (Quisquis)
 Vlyſl. i. qui cuuque ſu. uel mercator uel naua. (Verit.) Appulit, ſlexit. (Puppim) Nauem, ſy-
 ne doche, peregrinam, aduenam externam. (Ad hæc littora) Ad hanc noſtram terram. (Il-
 le, abit. Diſcedit. ſ. hinc. (Rogatus).i. interrogatus, ut multa ſuper Priamo rogitauit, alia ro-
 gare ſignificat orare in compositione uero cum uariis prepoſitionibus uaria habet ſigni-
 cata. Arrogare. n. ſignificat afflumere, & attribuere, & in malam partē accipit. Dicitur. n.
 arrogans qui ſibi plus afflumit, & attribuit, quam deccat. Abrogare penitus tollere. Deroga-
 re in parte minuere, & tolleſe, uide Cic. ad Herennium, cui legi derogatū uel abrogatū ſit.
 Erogare eſt dare. Irrrogare in ferre, ut irrogare priuā. Horat. in 1. Serm. Ad hī regula pecca-
 tis, quæ priuās irrogare exquas. Prorogare diſferre. Horat. in 1. Serm. Viueſt recte, qui proro-
 gat horam. Rusticus expectat dum defluat annis. Abrogare ſufficer, & in locum alterius
 ſubſtituere. Prerogare, preſerve, inde prerogativa prelatio, & priuilegium dicitur ſue, ut
 uulgo loquar preminentia. (Reddat;) Det tibi, & proprie dixit nam litera dari dicuntur
 ab eo, qui mittit, reddi uero ab eo, qui diſerit qm̄ eius ſidei ſint creditx, ut redditū. Carta,
 epiftola,

epistola ponitur interdum pro uno lib. Notata, scripta, uam literę notę dicuntur: quod per eas res omnes notentur. Nota etiam pro quolibet signo accipitur. Virg. 3. Georg. Continuoq; notas, & nomina gentis incurrunt. Luc. lib. 7. Non tamen abstinuit uenturos prode-re casus. Per uarias fortuna notas. Nota etiam dicitur ignominia, & probrum, attestatur Nonius. Lucil. Quem se si scire tuas omnes masculaque, notaſq; i. unde & nota censoria, dicitur, quare Iuue. dixit. Sed qua Fab. censor notet. (Viderit uſquam). i. alicubi, significat autem non solum in loco, sed etiam ad locum Horat. in 1. Serm. de formica loquens: Non uſquam prorept. & Terent. in Eun. sed profecturus alio fueras ridet Parmeno nusquam subauditur enim profecturus erat. (Nos Pylon) Dicit Pene. prater diligentem interrogatiōnem, & inquisitionem factam à ſe de Vlyſſ. apud peregrinos ad ſuum littus uenientes, & prater literas traditas, quæ ei redderentur ſe etiam misile ad diuersa loca percūtiantum de ipso Vlyſſ. & praſertim Pylon & Sparten qm ex Pylo a Nestore Vlyſſ. ſocio: Vel ex Sparte ab Agam. & Men. principibus Græcorum putabat ſe poſte fieri certiorem, ubi eſſet Vlyſſ. dicit ergo. (Nos Pylon) arua Nelaia Nestoris). i. terram Nestoris regnatam à patre eius Neleio, ſuit aut ut ſcr. Pylos urbs in Mæſſenia ubi Neleus pater Nest. regnauit, hanc Herē. expugnauit, & ex 12. filiis Nelei ab eo interfectis. ſolus Nestor ſuperfuit, & ipſe narrat lib. 12. Met. ipſe Nestor interdum Pylius dicitur a Pylo à Mar. & à Iuuen. ut ex rex Pylius magno ſi quidquam credis Horat exemplum uitæ fuit a cornice ſecundz. Antiqui ſenis, dicitur enim uixisse 300. an. ut ipſe apud Ouid. Vixit annos bis centū, nūc tercia uiuitur etas.

N E L E I A arua) Aemilius Hom. qui Pylon ἄσυλάτος cognominavit a Neleo Cœs. P A R. tei uel uulgo credebat Neptuni Tyrusq; filio, cui ex ioco à fratre Pelia ſogato. Apharus oppido quedam Mæſſenie concrelit ad mare & in iis Pylon auctor Pausanias.

N O S Pylon, &c.) Declinatur h̄c Pylos, huius Pyli, huic Pylo, hanc Pylon, uel Pylum A S C. à nominatio Pylus. Item h̄c Sparta latinx, uel Sparte, huius Spartes græce. Vnde eſt accusatiuus Sparten per n, non per m, & eſt patria Menelai.

Misimus: incerta eſt fama remiſſa Pylo.

Misimus & Sparten: Sparte quoque nescia ueri.

Quas habitas terras? eut ubi lentoſ abes?

Vtilius ſtarent etiam nunc Moenia Phœbi:

Iraſcor uotis heu leuis ipſa meis.

Scirem ubi pugnareſ: & tantum bella timerem:

Et mea cum multis iuncta querela foret.

Quid timeā, ignoro: timeo tamen omnia demēs:

Et patet in curas area lata meas.

Quicunq; æquor habet, quæcūq; pericula tellus:

Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.

tes: quia ſequitur abes, quod eſt modi indicatiui. (Lentus) Tardus ad reuertendū. (Vtilius) Declarat aperite, quod dixerat ſuperius, uni mihi pergama reſtāt. (Vtilius) Cū maiori mea utilitate. (Scarit) Effent adhuc integra & erepta. Dixit ſupra, in eo loco. Troia. cer. Moenia Phœbi. i. muri Troiani, quos Phœbus edificauit. Fabula aut hic habet. Nept. & Apollo promiſſa ſibi à Laomedonte rege Troia. mercede muros illi edificauerūt, ſed Laomedon poſtea eis promiſſum mercedem negasse dicitur, quod ideo ſingitur, quia ut uoluit Scr. Laomedon Neptuno, & Phœbo certam pecunie quantitatē uouerat, quam poſte in imminentibus hoſtibus ad murorum edificationem tranſuliffe dicitur, unde ipſi muros Troiæ fabricaſſe dicitur, unde & auctor hoc dixi pergama Phœbi, & Virg. lib. 3. Aen. Et omnis humo ſumat Neptunia Troia. (Heu ipſa). i. ego. (Leuis) Inconfitans, & mutabilis alias leuis. significat non onerosum. item uilem, & contemptibilem. (Iraſcor meis uotis) Reprhendo mea no-

F Ama (De te eſt re. ſ. mihi H V B. à Nestore. (Incerta) ignara de te ubi ſis. (Misimus) Et. i. etiam (Spartem) Lacedæmonia, nam eadem eſt Sparte, & Laco dæmon. Sed Laced. & pro urbe, & pro regione ponitur, dicta à Laced hlio Louis, & Taygetes filiæ Atlantis. Spartem aut accusatiuus eſt græcus à nominatio (Sparte) Nescia ueri, ignara ueritatis de te. Sparte autem pro Spartanis ponitur. i. urbs pro hominibus. (Habitat) Legendū eſt, non aut habita-

P E N E L O P E

et, & ea quæ optauit prius enim optauit, ut Troiam uinceres, & dirueres, nunc doleo mō
ita opealit, nam uellem adhuc Troiani stare. (Sciarem ubi pugnare, &c.) Sensus est, si Troia sta-
ret, hic saltum sciarem, ubi pugnare, & gereres bellum. (Et tantum). i. solummodo. (Time
rem bella). i. pericula bellorum, nō autem alia. (Et mea, quærela) De absencia mariti. (Fo-
rei iuncta cum multis). s. alii mulieribus, quæ & ipsæ conqueruntur de absentia maritorū
suorum, quod esset mihi tolerabilis. Nam est in communī prouerbio miseriarum societas
solatii loco est. (Quid timeam). s. nunc cum nescio ubi sis. (Demens) Examinita, & timo
re perturbata. (Et patet in curas area lata meas) Sensus, est licet nesciam quid timeam ti-
meo camen eibi omnia pericula, & mez curz & timoris in omnem partē uertutur. (Area)
Spacium. (Lata) Amplia. (In meas curas) In meas sollicitudines & timores de te. (Patet)
Patens est, & diffunditur latet atque spatiose, nam area pro spatio ponitur, & latitudine, si
gnificat, & alia, & proprie, & translatue, quæ quia ad hunc locum non pertinent, prete-
reuntur. (Quæcumque æquor habet) Ordo est. Ego suspicor quæcumque pericula. i. omnia
pericula quæ æquor habet, & tellus, esse causas tam longe more. i. quod tandem moreris, su-
spicor fuisse causam periculorum, quæ tibi mari terraque poterunt accidere.

A 3 C. VBI lentus habes,) Scilicet domicilium, aut potius ab. (Mœnia Phœbi). i. pergama
& pollinis fabricata manu, & ab eo diu custodita. Vnde Virg. Phœbe graues Troiz sem-
per misericordie labores &c. (Irascor uotis). i. desideriis, quia desiderauit cum Troia staret ex-
cidium eius, nunc cum iacet, eius incolumitatem. Si Troia staret, sciarem ubi pugnare, &
tantum bala timerem, &c. nunc autem pellicem timeret, quod tamen non expresto dicit, sed
per insinuationem. (Area lata) Area ab ariditate dicitur locus in quo teruntur fruges, quæ
sunt fructus frugis semina, sicut absentia Ulyssis multarum curarum. Quæ uestra libido
est, aut per parentes sim dicit, quæ res est uestra libido. aut dum ego meditor stulte hac, s.
quæ est uestra libido, sed prior modus melior est, quia ponitur hac. s. predicta, quia in ma-
ri & terra contingunt. A pte autem pluraliter dicit quantum ad sensum, uestra non tua libi-
do, ne in solum Ulys. talem maculam coniiciat, & ut facile creditu doceat quod multi cō-
sueuerunt. Id autem dicit, quia noti erant amores Agaménonis, Achillis, & aliorū principū.

H V B. HAE C ego dum stulte) Hec ego dum stulte meditor, quæ uestra libido est,
H Nunc more muliebri dete-) Esse peregrino captus amore potes.
git aliam suspicionem, quam) Forisitan & narres quām sit tibi rustica coniux:
habet dicens. Hæc ego supra di-) Quæ tantum lanas non sinat, esse rudes.
etas causas suspicor, sed ut uos) Fallar: & hoc crimen tenues uanescat in auras:
uiri, libidine maxime ducimini,) Ne ue reuertendi liber, habesse uelis.
caput es fortasse amore ali-) Me pater Icarius uiduo discedere lecto
cuius mulieris, quæ te detinet.) Cogit: & immensas increpat usque moras.
Ordo est. (Tamen ego stulte)
meditor hæc). s. supra dicta, tu
potes esse captus amore peregrini
no, quæ libido uestra est. i. pro ea libidine quæ libido est uestra. i. uestrum uirorum. i. quæ
uos uiri habetis, & hic est uerus sensus, & uestra constructio, nam supplēdus est ablaciūs,
& talis constructio uisitata est a doctis. Ser. Sulp. ad Cic. in epist. qua consolatur eū de mor-
te filii simili uitio locutione, qui illius amor in te est, hæc facere illa nō vult ordo illa nō
uult te facere hæc eo amore, qui amor illius est in te, sunt & alia exempla, ut quæ improbi-
tas tua est, me oppugnare, audeas. i. ea i probitate, quæ tua improbitas est, sed hæc sint satis,
huiusmodi aut suspicione uxorem de amore maritorū absentiū, qñ crebra sunt, solent a
poëtis ipsis mulieribus attribui. Terent. in Adelph. Vxor si cessas aut te amare cogitar, aut
amari, aut putare, aut animo obsequi, & tibi bene esse soli, cum tibi sit male. (Forisitan) Ad
dit & aliam suspicionem de contemptu suo. s. Vlyss. ut gravior sit nouæ amicæ, uituperat
ipsam Penelopen. Sic Medea ad Ias. Forisian & stulte dum te iactare maritæ queris, & iniustis
curibus apta loqui. In faciem, mortuq; meos noua crimina fingis. Rustica, inculca. (Quæ
tacū lanas non sinat esse rudes). i. q nulli alii rei muliebri satis sit apta, nisi carpēdis lanis,
non

non etiam acui, notandum autem est: Penelope non suspicari non solum quod Vlys. ea rustica dicat apud aunicam, uerum etiam dicat esse anum, nam mulieres iuuenes magis exercitio acus utebantur, non ad consuendum, sed ad pingendum uariis coloribus, & figurandū uestes, quales a Dido. non textas, sed acu pīctas significat. Virg. Aen. lib. i. t. Tum geminas ueltes auroque, ostroque rigeantes, exultit Aeneas, quas illi leta laborum. Ipsa suis quōdā manibus Sidonia Dido Fecerat, & tenui telas disreuerat auro. & alibi, Pictu acu clamidē, & ferrugine clarus hibera. Anus autem quz propter uisus, & hebetudinē, aut manus instab. litatē acui non essent apte, ad lanam transferabantur, & talem mulierē iuuen. signifi- cavit, cum dixit. Est in cōsilio matrona admotaque lauis Emerita, quz cessat acu. (Rudes) i. impolitas. (Fallar) Opraui est molli, & subaudit utinam. (Fallar). s. hac mea opinione, quam de te habeo. (Hoc crimen) Quo te accuso. s. de amore alterius mulieris. (Te- nues) Vacuas, uel subtile. (Auras). i. aera, qui est tenuis comparationē aquæ, & terræ. (Va- nescat) In uanum, hoc est in nihilum abeat, hoc est nou si uerum.) Ne uer reuertendi) Ve copularia est coniunctio, significat enim & sensu ergo est & tu. (Liber reuertendi) i. tu non prohibitus, quin reuertaris. i. utinam nullius amore reuertens, ne uelis abesse. liber. n. eundi dicitur, qui ire permittitur, & sic liber reuertendi, qui libertatem haber reuertendi. Potest etiam ita ordinari cum sequentibus uersibus. & nō tu liber reuertendi uelis abesse. (Pater Icarius) Cogit me &c. rarissime tamen inuenitur apud Ouid. Sensus a ueru pentā metro precedenti ad hexameter, uel pentametrum sequentis transeat, quamvis nō nunquam faciat, ut in Epistola Phyl. Quaque patent oculis littora lata meis. Sive die laxatur humus, seu frigida lucent Sidera, prospicio quid freta uentus agat. (Me pater) Commendat nunc Penelope amorem suum, & constantiam erga Vlys. quia cum post tam diuturnā ab sentiam Vlys. ueller eani pater aliū uiro collocare, dicit se nūquā uoluisse. (Icarius pa- ter me) Fuit enim filia Icarii fratris Tyndari, ut scribit Str. lib. 10. Polycasta eius mater, & pater fuit autē Pene. & eius fratres Alzeus, & Leucadius, qui cum regnū Acarnaniz tenui- sent, ciuitatis nomen dederunt, sepe noluerunt eam Eurymacho uxorem tradere adduci. Sti. Homeri uersus latinos sic factos. Olli in testa Patris properant habitate feroces Icarii, cuius de semine filia pulchro Germanique orti fratres, tum protinus illam Euryma- cho pater, & fratres nupissime uolebant, dicit ergo. (Pater cogit). s. uerbis suis, nam uoluntas patris filiabus pro insu habenda est. (Discere uiduo lecto). s. tuo à te decclito, & in quo sum tanquam uidua.

N B. ue reuertendi) Dii faciant inuitus, & non sponte peregrinæ maneat, ut suspicor. P A R. (Liber reuertendi) Cum sit in tua potestate redire. Velis abesse. Reditum in patriam ue- gligas, & procu à me libenter uiuas in alterius puelle complexu.

Q V A M). i. quantum rustica coniux. Ianificio intenta est. (Fallar) Optantis est. i. uti- nam iallat ab opinione, aut suspicione mea, ne uelis abesse cum fueris liber reuertendi. i. quandocunque dabitur facultas libere reuertendi, quz est his qui amoribus adulterinis in dulgeut, quia nihil est quod eis legitimam auferat libertatem, & tamen non redeunt, quia capti sunt. (Discedere lecto uiduo), Id est accedere lectum maritalem.

•Increpat usque licet: tua sim, tua dicar oportet:
Penelope coniux semper Vlyssis ero.
Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis.
Frangitur; & uires temperat ipse suas.
Dulychii Samiīq; &, quos tulit alta Zacinthus,
Turba ruunt in me luxuriosa proci:
Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula:
Viscera nostra, tua dilacerant opes.
Quid tibi Pisandrū, Polybūmq; Medōtaq; dirū,
Epist. Ouid.

I Ncrepat) Incusat, Moras im. i. H V B.
Inimias longas moras mea qua- "Incre-
te tandem exp̄ste. Increpet hu- pet.
ius uerbi repetitio habet em-
phasiū, q.d. inclamat mihi quā-
tum uelit. (Oportet) Decet.
(Pietate meo) id est meo uehe-
menti erga te amore. (Frangi-
tur) Viuicitur. (Ec uires tempe-
rat) id est minuit impetum ani-
mi, quia quando uider me tam
esse amante tui, minus postea in
dilani- antur.

P E N E L O P E

Et, ut rubam alio. (Dulichii) Tunc Penelope procatores ex diuersis locis uenisse cōmemorat. Sunt autem proci siue procatores qui perfeuerantur & in stanter aliquā uxorem petunt. Procarī n. est impunitē & perfeueranter petere. Ordo est proci Dulichii, & quos &c. ruunt in me Dulichium autē ut scr. Str. una est ex Echimnadib. insulis, quæ inter Zicinthon, & Cephaleniam ad orientem solem iacent, ex ea duo de. l. pro eos uenisse scr. Ho. Cephaleniam autem teste Strab. quidam Dulichium appellare noui dubitare, dicta autem ait à Cephalo hanc tetraposim. i. quatuor ciuitates, habentem appellatā dicit, Same Cephaṇiū urbs, & Samos dicitur. Nam pro utebe teste Str. Vtroque modo dī, pro insula vero tantummodo famos ex ea quatuor & 20. proci uenerunt. (Zacynthos) Paulo plusquam, Cephalenia in occasum uergit, & causa magis attingit, eius autē ambitus ultra 100. & 60. stadia est, abest, à Cephalenia ad stadiā 40. nemorosa quidem uerum fructifera eius nominis est celebris, hoc Str. Et quos tu quos proceauit. (Alta) Eminens. Virg. 3. Aen. Iam medio appetet flumen nemorosa Zacynthos per hoc quod dixit appetet altā esse significauit. (Turba) Multitudine, quia ut supra ostendimus, erant quam plurimi. (Ruunt) Concursu, & si factō imperu ueniunt. Virg. Ac uenti uelut agmine factō qua data porta ruunt. (Regnante) inuidiole dixit, q.d. non fatis est illis uenire in domū, sed uolunt in ea esse domini, & dissipant res tuas que sunt mihi carē tanquāp. (Viscera) Mea. (Dilacerantur) Dissipantur. s. ad ipfis. (Quid tibi Pisandrum) Occupatio est rhetorica exornatio, dicit. n. se non esse dicturam, & tñ cōmemorat quosdam quos sibi infestissimos esse dicit. Auidas manus avaras, & ad capiendū parata. Rebus diuitiis. Par acquisitis. (Tuo sanguine) Quia eas in bello, & multis periculis acquisitis. Turpiter cum tua infamia, nam turpe est pari res suas dilabi. Irus egens, nominat alios dissipatores bonorum Vlyssi, quos ostendit esse homines utilissimos. Irū, ne Ser. scr. Hom. arneum appellat, ab arne urbe Boëtiz, egenum autem suisle Ouid. & hic, & in 3. trist. Ostendit, qui eius nomē pro paupere ponit. Nempe dat, quodcumque liber fortuna rā pitq. (Irus) Et est subito qui modo Creslus erat. Idem lib. 2. de Remed. Cur nulla est hecaten: nulla est qz cōperit irum. Nempe quod alter egens altera pauper erat. (Melanthiū) Autem alii pastorem & caprarium Vlyssis fuisse volunt, sed lanium potius signifcat, hoc est qui pecora ad esum mactaret & lanaret, & dictus est. (Auctor pecoris edendi) Ad uituperiū, quia erant & auctoris pecoris sacrificandi, & hi tñ uiles nō habebātur, dicebanturq; ministri. (Ultimus pudor) Ultimum dedecus, quia ipsi sunt utilissimi, pudor autem interdū pro uerecundia, hic pro timore infamie accipitur, ut Iuuenal. Ingenui uultos puer, ingenuitq; pudoris, interdum pro decoro ut hic interdum pro pudicitia Virg. 3. Aenei. ante pudor quā te uiolen. (Tres sumus) Occurrit obiectio, Ordo est, nos sumus tres numero imbel. i. nō apti bello, & uiribus debiliēs. Ego uxor argumentum à sexu, uam mulieres natura sunt imbelles. Laertes, pater eius. Vulgo enim ex Laertes genitur à poēti dī, licet interdum Sisyphi filius appelleatur, nam cum eius uater Anticlia ad Laertem spōsi deducere

cur, sertur suisse rapta à Sisypho ladrone & ex eo genuisse Vlyss. quod tū ad cōtumelias Alax obiret lib.3. Met. Quid sanguine cretus Sisyphio apud Virg. quoq; lib.6. cōtumelij eā Sisyphi filius dī, cū Deiphob^v dicit hortator scelerū Aeolides, nā Sisyphus Acoli filius fuit. Ouid. tñ nulla contumelij causa Sisyphi filii dixit. lib.3. de Arte amā. His sua Sisyphides auditis p̄enæ resolute, Corpora nam sociis illita c̄era fuit, hēc dixit, ut tollatur dubitatio sicubi reperiatur ita appellatus. (Telemachusq; puer) Vel filius, uel etatis puerilis, & tene-
re. (Ille Tel. Pen.) Pre. (Est ademprus) Est subreptus. (Per insidias) Per dolos. (Omnibus inuitis) Contra uolūtate omnī. (Dii precor) Optat Pen. ut Tel. sit supersles sibi, & Vlys. Ordo est. Precor, ut dī iubeāt. i. uelis, ut Infandū regina, iubes renouare dolorem. (Ut ille) Tel. cōprimat, claudat. (Meos oculos) Quia propinquiores solebant morientibus oculos claudere, qui morte late aperiuntur. (Hoc tacitū) i. hoc idem precantur custos boū bubulus noster, hoc est boū custos, qui ut Theocritus edyllio. 16. scr. Philoxenus appellabatur, ha-
bebat. n. Vlys. sicut pleriq; alii ea tēpestate, magnā partē proueatū ex armētis & gregib⁹. (Lōgeua) Anus, lōge cratix nutrix, s. tua hēc Euryclia dicebatur. Tertiū cura fidelis, i. fide-
lis cuſtos. (Hare) i. porcorū. i. subulcus is Eumēus uocabatur, fuit aliis Sybotes. (Inimun-
de) Erde est. n. porcus animal sc̄dū, hara aspiratū, & prima correpta significat porcorū, sta-
bulū, prima lōga & prima aspiratiōe est locus, ubi dii sacrificatur. (Sed neq; Laērtes) Pro-
bavit, qđ filius puer non possint defendere eius bona aduersus raptore, nūc dicit de Laēr-
te. (Vt) i. tanq. s. is. (Qui si inutilis anuis) i. q. p̄ x̄tate nō sit aptus. (Tenerē) Defendere,
(modo) Vel tantūmodo uel dūmodo. (Illa) Aetas puerilis. (Tuenda) Adiuuāda. (Auxiliis
partis) i. tuis, cū ipse per grātē, uccogitat, nec agere sciat, quē utilia sunt. (Nec mihi sunt
uires) Nunc Pene. dicit de se. (Pellere). i. ad pellendū. (Inimicos) Qui tua bona dilacerant.

P R O C I) Pen. bis à procis petita est, semel adhuc nupta cū pater Icarius ei desponde-
bat, qui perniciitate pedū prestatet. itaq; Laced. secundū uim, quę exinde appellata aphet-
tias est instituto certamine. Vlyss. cursu uictori Pen. cessit. terū per absentia uiri, quę mor-
tuū putabant. in odi. canit Hom. Superiora Paufanias. (Nec mihi sunq; uires) Gryllus hoc
Vlyss. p̄bro dat apud Plutar. p̄ hēc, Vxor tua dū rubella geris ad ignē domo fedet, ac ne ut
hirudines quidē, eos uicisci potest qui in se, ac totā domū, irruunt, cū presertim lacēna sit.

P R O C I, id est importuni, & impudici petidores connubit. (Dulychia) i. ex Dulychia
& Samii ex Same sic. nā Virg. uocat 3. Aen. Dnlychiumq; Sameque & neritos ardus sa-
xis. Ad q̄ Seru. (inquit) Cephaleia est. Nam Samos in Asia est, hēc ille, hic tñ uide-
tur deductum à nominatiōe Samos, nam Same faceret Samei, sed de ea insula sunt, quā Se-
me Virg. uocat (Rebus partis). i. acquifitis. (Tuo sanguine). i. sudore, aut periculo nūc. s.
quas in Troia domū dimiserat. (Irus egens) Ordo est. Iris procul ille egens. i. famelicus &
omnium eugenius. (Et Melauthius auctor pecoris edendi) i. absumendi. (Accedunt in tua
damana) Existentes, ultimus, i. suminus pudor nam nihil indignius quam sanguine parto à
talibus liguriis, & coniugem procari impune permettere. (Tres sumus imbellies) Docet om-
nē spem in Vlyss. collocatam, cū nulla sit resistendi potestas sibi propter sexū patri, ppter
senium, & filio propter imbellies annos. (Hoc faciunt) i. idem optant, & precantur custos
boum. i. subulcus nomine Philoxenus. (Et nutrit longa) i. uetula longi qui Euryclia nomi-
ne, tertius. s. Eumēus, qui est cura fidelis hara immundus, i. cubilis porcorum, qui immundi
sunt, & in hoc significato scribitur cum h, & corripit primam, ut patet hoc loco.

Tu citius uenias portus, & aura tuis.
Est tibi, sitq; precor, natus: qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.
Respic Laērtē: ut iam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem.
Certe ego, quę fueram te discedente puella:
Protinus, ut redeas, facta uidebor anus.
Epist. Ouid.

T V citius) Subaudiendum
Est, ergo, tu uenias citius. p̄
cito. (Portus & cura) id est fa-
lus, & requies. translatio sum-
pra à nauigantibus, quibus ni-
hil magis optatur, quam uenti
secundi, & portus. (Iuis) Patri
filio, & mihi. (Est tibi) Quia
sciebat desiderio filii patrem
B 2 maxime

P E N E L O P E V L Y S S I .

maxime moueri, ideo adhuc in memoriam ei reducit. (Sic). i. diu uiuat. (Mollibus) Teneris puerilibus. (Erudiébus) Instituédus. In artes patrias. i. paternas nam (ut Cic. 1. off. inquit) Plerique parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, moremque deducuntur. (Respicte Laërtem) Hoc est si non mouer te filius puer, moueat te pater iamiam morti pro pinquos qui expectet, ut ei mortuo oculos claudas, quod officium pietatis patri à filio præstari decet. (Respicte) Verbum est misericordie lumen. Solus enim tristes hac tempestate Cameras: Respexit. (Vt iam) i. statim. (Condas) Cludas. (Fati). i. morris. (Certe, ego) Nunc mouer misericordiam à persona sua, dicit enim eum tandem absuisse, ut quamuis cito redeat, inueniat tamen eam anum, quā puellam discedens. relinquatur. (Protinus). i. cito, alias significat continue. (Vt). i. quamuis. (Redeas) Reuertaris. Sicut Ouid. exercendi ingenii gratia hanc epistolam à Peuel. ad Vlys. scriptam finxit, ita & respóliuam ab Vlys. remissam se scripsisse faretur in 2. Am. ad Macrum, ubi commemorat, ut supra diximus, aliquot epistolas responsuas à se scriptas, quae hodie non extant, inter quas, & hanc responsi uam ponit, eius carmina subdam, ut eorum pertinaciam refutem, qui cōtēdunt has epistolas ab Ouid. non sūisse scriptas, sed facile conuincentur his uerbis. Et quod Pene. uerbis reddatur Vlys. Scribimus, & lacrymas Phylli reliqua tuas. Quod Paris & Macare, & quod male gratus Iason: Hippolytiq[ue] parens, Hippolytusq[ue] legat. Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem, Dictat, & Aonix Lesbis amica lyra. Qua cito de toto redit meus orbe Sabinus. Scriptaque diuersi retrulit ille locis. Candida Penel. signum cognovit Vlys. Legit ab Hippolyto scripta nouera suo. Iā pius Aeneas miser. re scriptis Eliz. Quodq[ue] legat Phyllis si modo uiuit haber, Tristis ad Hypsipylem ab Iasonē litera uenit. Dat nota Phœbo Lesbis amicam lyram. Hæc sex epistole nulquam in operibus Ouidius reperiuntur, cum aliæ supradictæ missiæ in hoc uolumine legantur. Vlys. tamen post multos errores delatus ad Alcionum Phæcum regem, ab eo, & uxore Areta benigne exceptus, & nauem & sociis donatus, tandem in Ithacam reductus est in naui dormiens, ubi excitatus dicitus a Pallade, quam semper habuerat fautricem, & præmonitus, de his, quæ esset acturus sub specie senis mendici, domini suam ingressus est, ubi multa à procis Penelopes passus, & tandem recognitus ab Euryclia nutrice, auxilio subulcorum, & Telemachi, quibus se indicaverat, iniuriam suam ultus est, cum eos pugnâ interemisset, aut, ut alii uolunt, oculi isti tantummodo orbasset, ita ut in triuia stipem querere cogerentur. Postremo à Thelegono filio, quem ex Circe suscepserat, cum non cognosceretur esse pater, interfactus est, & sic, qui tot matris, tarr. et quæ pericula euafcerat, manu filii exdem effugere non ualuit. Hoc particio-dio commisso, Thelegono ex Ithaca discedens in Italiam uenit, ubi Tusculum oppidum condidisse dicitur. Telemachus patri succedit Penelope usque ad ultimum spiritum pudice uixisse dicitur, unde pro exemplo pudicitia à poëtis prepōni solet.

A S C. T V c̄tius,) Id est ualde cito, aut propterea c̄tius, quia imbellis sumus, uenias existēas tuis. s. domesticis, & necessariis. Sic in Bucolica Virg. Tu decus omne tuis. (Portus & aura) i. salus & uia ad eam perueniendi. (In patrias artes). i. obtiuendas patrias artes, quæ in re militari & Repub. consistunt, & nisi acciperet in pro ad, dicere posset in patriis artib. (Respicte Laërtē) Non scribendum est Laërtē, ut uersus indicat, quia à prima declinatione in es, habetur accusariuus in en, longum, ut condas. i. cludas. (Vt redeas) Pro redieris, uidebor anus, id est uetula decrepita.

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

EPISTOLA II.



O S P I T A Demophoon tua te
Rhodopeia Phyllis
Ulta promissum tempus ab
esse queror.
Cornua cum lunæ pleno se-
mel orbe coissent:
Littoribus nostris anchora
pacta tua est.
Luna quater latuit:toto quater orbe recreuit:
Nec uchit Acteas Sithonis unda rates.
Tépora si numeres,bene q̄ numeramus amates;
Non uenit ante suam nostra querela diem.
Spes quoque lenta fuit:tarde,quæ credita lēdūt,
Credimus:inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te mihi:sæpe putau
Alba procellosos uela referre Notos.
Thesca deuoui:quia te dimittere nollet:
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.

Quorum uxorem,uerum audita morte Mnestei,qui post electū ex urbe Thesea Demophoō-
nis patrē Atheniensī imperium occupauerat.Demophon cupidus regnauit, dissimulata
causa petuit à Phyllide aliquā uitū téporis,quo Athenas res suas ordinaturus accedere, da
ta fide se intra mensem redditurum ad eam,uerunt eā ultra quatuor mensem, iā redditum
suum destuliserat.Phyllis amoris impatiens, & doloris impulsus, quod se sp̄ret̄ crederet,
& eius redditū, iā desperaret, zona sua gutturi circunligata laqueo uitā finiuit, & ut fabule
serunt in arbore Amigdalū sine foliis mutata est, postea reuerſus Demophoon, re cognita,
truncū eius amplexus est, qui ueluti sponsi sentiret aduentū, folia emisit, unde etiam testes
Seruio,Phylla gr̄c̄x folia dicta sunt à Phyllide, ante igitur hunc casum Phyllidis, cū De-
mophoon redditū suū longe ultra promissam tardaret, Phyllis ad eū hauc epistolā scr. qua
multis ex causis, & rationibus cū reuocare nititur, cōmemorans ei iusurū, & suorū er-
ga se beneficiorū obligationē, postremo conatur eū mouere referens, quod nisi reuertatur,
aliquo crudelissimē mortis ḡne se interimet, in quo dicit fore, ut appareat ingratitude, &
crudelitas Demophoōtis, uel p̄ epitaphiū eius inscriptū.(Hospita) Ordo est, o Demopho-
on, ego Phyllis Rhodopeia.(Hospita) Tua, q̄r te abesse &c. hospita dī feminino genere,
licet legatur hospes cōis generis.In hospita uero & fēminini generis repertur, ut in hospi-
tas syrtis, & neutrīs ḡnīs, ut Ouid.lib.1. Met. & in hospita testa tyranni ingredior.(Rhodo-
peia) Threcia, nā Rhodope mōs est Traciz ita dist̄ à Rhodopē muliere in eū cōuersa, sicut
& Hemus, ut scr. Ouid.lib.6. Met. Thraciā Rhodopē angulus hēt alter & Remū. Nunc gelī
dos mōtes mortalia corpora quōdā.(Promissum).I.mihi à te.(Cornua) Dicit spatii tépo-
ris sibi, p̄missi, spatii unius mēsis, quod per lunā significauit, (Cornua cū lunæ &c.).i. cū
luna semel esset facta plena, tūc.n. extremitas lunæ quæ ob similitudinem cornua dicuntur
coēunt.i.coniunguntur, & se tangunt, & ideo dixit. Pleno orbe, i. pleno circulo ipsius lunæ,
possimus tñ fortasse melius intelligere spatium medii mensis, quo luna crescit, & implet
Epist.Ouid.



OS P I T A) H V B.

Quidam inter-
pretes in huius
epistolā argu-
mēto, falsa quo-
dam somniaue-
runt Demopho-
ontem ex Col-
clans cum Argonautis reuerte-
tent ad Phyllida Thracum regi-
nam dinertiisse, cū Demophoo-
eo tempore, aut nondum esset
natus, aut certe nōdūm eius xta-
tis ut ad tales expositionē pro-
fisceretur, uerum ita res ha-
bet Demophoon Thesei filius
auxilium gr̄cis, ut Iust.lib.1.
scr.aduerſus Troianos tulit, qui
ab eo bello rediens tempestatis-
bus maris, & longis erroribus
actus in Thraciam delatus est
ubi à Phyllide, quæ per ea tem-
pora regina Thracum erat por-
tu hospitioq; exceptus, & ab ea
ardenter amatissim in coniugium
rogatus est, qui ei coniugii fidē
dedit, & ob beneficia accepta iu-
rauit, se nunquam eam dereli-
xerunt, se nunquam eam dereli-

P H Y L L I S

orbem. Inde & Iuuen. dixit Semestri iuatum digitos circunligat aure. i. annulo rotudo, quæ lis est luna in medio mense. Licer Dom. Cald. aliter interpretetur illum locū Iuuen. nō satis uere. (Achora). i. nauis instrumentum, q̄ pro ipsa naui posuit. (Paæta) Promissa i te (Nostris) Threicis, ubi ego habito. (Luna) Ecce iusta causa q̄relæ. (Quater latuit) Quartū mensem exactum significat. (Recreuit) Iterum crevit, & plena facta est. (Nec uehit). i. nec promissum tuum perficitur, quia nauis tua non uenit ad nos. (Sithonis) Hæc est uera lectio, & non Sithois, nam nusqua legere memini, quod Sithois fluvius sit Thracie, p̄treæa nō per fluvium erat uenturus, sed per mare. Sithon uero mōs Thracie est, unde & Maro, Sithonias niues dixit. hoc autem loco Sithonis non est genitiuus casus, sed nominatiuus habēs formā patronymici foemini, sicut Parnasi Parnasidios, nouimus aut nomine unius montis uel fluvii, uel loci totam regionē intelligi plerūque, ergo. Vnde Sithonis & Sithonia. i. Thracensis. i. mare nostrum Thracium. (Non uenit) Naues ait. i. tuas Athenienses, nā Attica regio etiam Acte dicta est, uel quod, ut Str. scr. illa pars maxime ad mare est extensa & angusta, nā ἀπὸ γρέε littus dicitur, uel certe dicta est ab Actzone (Quæ numeramus amantes) Sunt omnes amantes diligentissimi calculatores temporis. (Querela) La mentatio de tua absentia & mora. (Ante suam diem). i. ante tēpus debitū, nā dies est sc̄mi nini generis, licet etiam pro spatio 1. uel 2. 4. horarum interdum accipiatur, tñ proprie p tempore ponitur. Iuuen. longa dies igitur quid contulit. i. longum tempus. (Spes quoque lēta fuit). i. sicut querela mee de absentia tua fuit sera, & lenta, ita etiam spes fuit lenta quia tarde sperauit ea mihi euentura, que nunc cum damno meo mihi euenerūt, est autem Acyologia improprietas sermonis, uel uerbi nra spes cum bonorum expectatio sit, pro metu hic accipitur, sicut apud Virg. lib. 4. Aen. Hunc ego si tantum potui sperare dolorem. Ergo spes. i. timor ne redires. (Fuit lenta). i. sera, quia si citius timuisset, potui non decepi. (Tarde quæ credita) Sensus est ego credo nunc ea, que nocent milii, q̄ sero credidi. s. te nūquā reuersurū. (Credimus) Pluralis numerus pro singulari, ea quæ credita tarde. (Lædūt, me & nocent me amante inuitat. i. mihi amanti inuite, & erit casus pro cau positus, ut apud Iuue. Porrectura uiro miscer stiente rubeta, uel subaudi nocent mihi, me inuita. i. cū nō possim resistere, aut prouidere. (Fui mendax prote). i. tu, causa spe multis mēsura sum, te breui reuersurum. (Putavi) Credidi. (Procellos) Imperatos & violentos. Est n. dicte Ser. Procella uis uentorū cum pluia dicta, quod omnia procellat. i. concuriat. (Notos) Spe ciē pro generе posuit. i. notos uentos meridionales, qui & austri dicuntur, pro omnibus uētis, aut quia ex Athenis in Thraciam nauigantibus noti sint maxime felices. (Referre) Re portare, & mihi tanquam debita reducere. (Vela alba) Non aliam ob causam dixit alba, nisi quia ut plurimum alba hunc. (Deuoui) Execrata sum & male dixit. Nam deuouere est malis uoris, & imprecationibus aliquem detestari. Ouid. in Ibin. Illum ego deuoueo quæ mens intelligit Ibin (Thesea) Patrem tuum tanquani tuæ more, & absentiæ causam. (Tenuit) Impediuit. (Tuos cursus) Tuum iter tuā naviigationem, ut Virg. Huc cursus fuit.

A S C.

H O S P I T A Demophoön) Argm enarravit prior commentator, quod & Seru. recitat ad illud. Si quos aut Phyllidis ignis & est. Hospita per superabundantiam dicitur, nam hic, & hæc hospes reperitur, uermetiam in uero genere in hospita saxa legimus quasi ab hospitus hospita hospitū, & est hospes, tā qui recipit, quam qui recipitur hospitio, hic aut hospita, que recipit. Videtur aut statim in primo uerbo expoltulare iniuriā q̄ non nisi hospita sit eius, cuius secundū promissa coniuncta esse deberet, sicut Dido Aen. 4. Cui me mortibū deserit hospes, hoc solū, qm̄ nomen de coniuge restat. Queror. i. cōqueror. Cornua cum lunæ &c. Ordo est. Anchora tua est paæta. i. in factio tuo pm̄sia, & ita potius passiue, q̄ actiue accipietur. Nec est tā dura metaphora, quia deponentia omnia coia fuerunt, nris littoribus. i. ut adesset littoribns nostris. s. Thracii, sup. tunc. cum cornua lunæ coiscent simul pleno urbe. i. ut primū plenilunium esset, sed luna latnit quater. s. in plenilunio, & recreuit quater toto urbe. i. quater plenilunium rursus fuit, hoc est quatuor sunt transacti meas ses nec unda Sithonis. i. Thracie, hoc est mare Thracium. Vehit. i. renedit, rates, i. naues, aætras. i. Articas, uel Atheniæses. Spes quoq; &c. Ordo est, spes fuit quoq; i. etiam, lenta. i. tarda, non potuit cito induci ad tantā spem dete concedendam, ad quā inducta grauius ledor,

dor, quia quæ tardæ sunt credita lœden. s. grauius, nos autem credimus, & supplex credita
nocent me existente inuita? i. quæ credo inuita & amate. i. qui cogor etiam amare nō redi-
nante. Notos. i. uentos illos procellosos. i. multas procellos excitare solitos. Ego deouiti.
Theseas. s. patrem, tuum. i. cum increpatib. destiuauit morti, & nota feci diis, ut moria-
tur, hoc enim proprie est deuorere, quamvis aut à se, aut ab alio, ob alterius salutem morte
addici, ut patet de Deciis Romanis ductoribus patre & filio, qui se deuouendo rem publica
protexerunt.

H V B.

Interdum timui, ne , dum uada tendis ad Hebrei,
Mersa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpe deos supplex, ut tu scelerate ualeres,
Sum prece thuricremis deuenerata fociis.
Sæpe uidens uentos cælo, pelagoque fauenteis,
Ipsa mihi dixi, si ualet, * ille uenit.
Deniq; fidus amor, quidquid pperatib. obstat,
Finxit: & ad causas ingeniola fui.
At tu lentus abes: nec te iurata reducunt
Numina: nec nostro motus amore redi.
Demophoon uentis & uerba, & uela dedisti:
Vela queror reditu, uerba carere fide.
Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amauit?
Crimine te potui demeruisse meo.
Vnum in me scelus est, quod te scelerate recepi:
Sed scelus hoc meriti pondus, & instar habet.
Iura, fides ubi nunc? cõmissaq; dextera dextræ?
Quique erat in falso plurimos ore Deus?

Interdum) Alia suspicio de
ieuis mora, ne fortassis pericli-
tatus esset in aquis, & mersus.
(Ad uada) Ad aquas. (Hebrei)
Fluvii Thraciz. (Puppis). i. na-
uis, pars pro toto synecdoche.
(Naufragia) Periclitata, à passo * Ipso
naufragiam. (Foret) Fuisset Ca-
na, alba propter spumam que
fit cum aqua a uentis maxime
mouetur. (Sæpe deos supplex)
Si legimus deos subaudiendum
est rogans, sed melius legitur
deis, & ita ordinatur ego sup-
plex deis ut tu ualeres. Ipsa mi-
hi dixi &c. (Ille uenit) i. Demo-
phoon meus non decipit me, sed
nauigat ad me. (Si ualet) Si est
incolumis. (Amor fidus fixit)
Ego quæ fideliter te amo, finxi
omnes causas quæ possent te im-
pedire, quæ impedit solent om-
nes paratos igitr aliquod iter.
(Quidquid obstat properan-
tibus). i. omne quod impedit paratos, & iam accinctos ad aliquod iter. (Ad caula) Ad excusa-
tiones tuæ moræ. (Aut tu lentus abes) Adducit ei Phyllis iura iuranda, quibus ille se ei
astrinxerat, ut eum moueat ad redditum. (Iurata à re) Est enim passiue significationis.
(Nostro amore) Vel meo erga te uel tuo erga me. (Dare uela uentis) Est uerba in uanu sun-
dere Vir. Sed aure omnia discerpūt. (Dic mihi) Ne videatur sua culpa esse relata à Demo-
phonte. (Quid feci) Quid peccavi, unde facinus. (Nisi non amauit sapienter) Quia nimis
cito properauit ad amorem tuum, quod non est sapientis, ergo in hoc solù peccavi. Sed hoc
meum crimen habet pondus. i. momentum. & ualorem. Es in instar, similitudinem. i. debet ei
bi esse loco meriti. & maximi beneficij. (Criminete potuit) Sensus est mecum crimen po-
tuit te uehementer obligasse. (Demeruisse) i. ualde meruisse, nam de hoc loco auger. Iura
fides, cõmemorat iureuanda ipsius Demophontis, dicens iure, fides suit qui iungunt, &
exposuit. (Iura fides). i. iurata, sed melius dicemus distinguendo. Iura ubi sunt, ubi fides &c.
& intelligimus iura. s. coniugii, quæ inuolabiliter sunt seruanda Sic Hypsiphyle ad Iaso-
nem. Heu ubi pacta fides, ubi connubialia iura. Fides è fio dicitur quod sit, quod dictu est, est
enim dictorum conuentorumque executio. (Commissa) Coniuncta, dextræ enim coniun-
& gio ad fidei confirmationem hebat, erat enim ut Seruius dicit, fidei dictata, sicut genu Mi-
sericordie. (Deus) Qui erat plurimi. i. dei qui ei erant plurimi. In ore tuo. falso. fallaci.
VAD À Hebrei) Qui rapidus est, ut i. Aen. Volucremq; fuga præuertitur Hebrū. (Sæpe
deos supplex). i. orauit, aut timui pro te, hoc est ut tu ò scelerate ualeres. Nā ipsa. i. ego dixi
mihi. i. an zjō meo, si ualet ipse, uenit. (Numina iurata) i. à iurâ in testimonij accita. (De

P H Y L L I S

Mophoon uentis & uerba, & uela dedisti,) Quia uerba dantur uentis, dum irrita sunt. (De meruisse te) i. bene meruisse de te, nam quod in me crimen commisi in te beneficium fuit, peccauit ergo te imprudenter amando, sed in me, non in te. Dido dicit. Si bene quid de te merui. Quintilianus etiam hoc modo, ut demerer amantissimos mei. Poudus & instar, id est instauriam, & uim aut imaginem, & formam, seu statum meriti.

- H V B.** **H**ymenæus) Deus quem in
Nuptiis græci inuocabant.
Sicut Romani Thalassionem.
Promissus à te. (In annos socie-
cios). i. in uitam nostram sem-
per coniunctam, & socialem, qua-
lis debet esse uita coniugalis.
(Qui erat sponsor) Translatio
ab hominibus sumpta, sicut. n.
sponsor. i. uas qui pro alio pro-
mitteit, & obses qui datur in tute-
lam fidei confirmat cōtractum,
ita Hymenæus inuocabatur, ut
coniugalis societatis perpetua
certus esset quasi sponsor, & ob-
ses. (Per mare) Ordo est, tu iura-
sti mihi per mare &c. (Agita-
tur) Commouetur, turbatur.
(Ventis) Venti flatus uiolento-
res, aure uero mitiores dnt. (Per auum tuum) Aut auum pro proauo posnit, & intelligi-
mus Neptunum, ut Iuuen. Perque tuum pater Aegei. Neptune tridentem aut certe Aegea
dicit patrem Thesei, qui nauem filii à Minotauro reuertentis cum uelis nigris procul uisa,
cum crederet eum mortuum fuisse, in mare se precipitauit, & in deum marium mutatus
dicitur, & ideo dixit nisi fictus, & ille est. (Mulcer, Placat) ut Virg. Et mulcere dedit flus, tollere uento. (Concita) Commota. (Tela) Amoris arma, nam Cupido non solum sagiti-
tis ferire, sed etiam face inteuider dicitur. Ouid.lib.1. Met. Tu face nefcio quos esto con-
sentus amores Irritare tua, eadem tamen tela interdum etiam Veneris dicuntur Iuuenia.
Nec pharetris ueneris, macer est, ut lampade seruet. (Alteram tela) Telum generaliter dici-
tur de omnibus, quæ mitti, aut iaci possunt, licet etiam interdum pro gladio ponatur, ut in
serius in epist. Hypermnest. apparebit. (Iunonem) Per Iunonem. Praesidet: praesit. (Totis
maritis) Lectis coniugalibus. Per sacra mystica, i. arcana: nam pueræ, myo græce significat
claudio, inde mystica & mysteria, dicuntur, quæ sunt clausa, & secreta, qualia sacra Cereris,
quæ non nisi sacerdotibus patebant Iuuenal. Arcana qualem Cereris uult esse sacerdos
Ouid. in 2. de Arte. Quis Cereris ritus audet uulgare profanos. Magnaque Threicia sacra
reperta lyra. (De rediferæ,) Id est Cereris ferentis tadas. i. faces: nam cum Proserpinam
filiam à Plutone raptam nondum sciret, ut eam non soluam die, sed etiam nocte quereret.
In Aetna monte Siciliz pineas faces accendit, quæ sibi lumen nocte præberent. Ouid.lib.5.
Met. Illa duabus flammeribus pinus manibus succendit ab Aetna, perque pruinofas tulit in
requietu tenebras, unde postea eius status & picturæ cum fauicibus sunt, quod ostendit Cic.
in Verrem lib.6. h. s uerbis. Qui accessistis Aetnam, uidistis simulacrum Cereris ex mar-
more, & in altero templo liberæ. Sunt ea per ampla, atque præclaræ, sed non ita antiquæ.
Ex ære fuit quoddammodum ac singulari opere cum fauicibus per antiquum. (De tot lxe-
sis) Vel amplitudine, de tot offensis & erit subtilitatum, uel certe, de tot lxeis subaudi dea.
(Vnus). i. tu. unus & solus. Non eris sat in pœnas, quia cum innumerabiles deos lxeferi,
te tot corpora ad pœnas habere oporteret. (Ah laceras) Conqueritur, quod sceleri Demo-
phoonis ipsa auxilium præbuerit. (Furiosa) Iofana. (Refecit) Instaurati. (Laceras) Ven-
tit.

tis, & undis conuulsas. (Ut qua desereret, q.d. ut tibi præstarem operam contra me. (Carina).) s.tua. (Forcē firma) Eſſet, ualida conuicta impetu ueitorum, & fluctuum.

 Aen. ferè sumpta, ubi dicitur. Quid si non arua aliena, domosque ignotas petere? Sed quia Virg. omnibus notus est, frustra eius carmina ad hanc epist. facientia repetiero. (Male gratus) i. non gratis, sed ingratius, & immemor beneficii. (Questaque peius) i. intentus, & cū maiori malo meo, amo. (Questa) i. post querelas, unde amoris non questus, obliuio sit, occupandus est aliis curis animus. (Frater amor) Frater Aeneas, & etiam Didonis, quia se cōiugem Aeneam distitat. (Ave ego quem &c.) (Ordo est. Aut ille, quem ego cōspi amare prebeat. (Materiā mex cura) i. se amabilis prebeat. (Neque enim dēdignor anare) i. libenter amarem, si se amari finat. Vnde dicit Aen. 4. Quo mihi reddat ē, uel eo me soluat amantem. (Fallor, & ipsa mihi falso iactatur imago) i. falso p̄ se fert pietatem, & Veneris filium nuncupat, tum sit durior caute. Vnde Aen. 4. Nec tibi diu pars, generis nec Dardanus auctor Perside, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, hyrcanaque admorunt ubera Tigres. (Aut mare) Hoc uide cur sumptum ex Homero, qui (ut interpretatur A. Gellius lib. 12. ca. 1. dicit sic.) Nō eques ipse patet fuerat tibi me Hercule Peleus, Nō Thetis est genitrix? glaucū te protulit æquor, Aeris & rupes, mens quid tibi dura, feroxque. (Quale uides agitari) Aen. 4. Quin et liber no moliris sidere classem. (Quod tibi malueram) Sensus & ordo est. (Sine) i. permitte. Me debere procellis, id supple, quod malueram debere tibi. i. permitte, ut beneficio uentorum te derineam, & que fruar quæ cum benevolentia tua te malim, sed non possum frui, non possum quidem, quia non permittis, & ita uentus, & unda est. (Iustior) i. clementior, aut iustior, quia iusti um est, ut amans ametur, & amato fruar tuo animo. (Ego non sum tan-
 ti) f. ualoris, ut pereas, dum fugis me per longa freta. (Quod) f. dictum. (Non mediteris) i. interperteris. (Inique) i. in malam partem, hoc est, quod per ironiam addit.

Exerces pretiosa odia, & constantia magno:
 Si, dum me fugias, est tibi uile mori.
 Iam uenti ponent: strataque æqualiter unda,
 Cæruleis Triton per mare curret equis.
 Tu quoque cum uentis utinam mutabilis esse:
 Et, uisi duritia robora uincis, eris.
 Quid, si nescires insana quid æqua posse?
 Expertæ toties tam male credis aquæ?
 Ut pelago suadente etiam retinacula soluas:
 Multa tamen latus tristia pontis habet.
 Nec uiolasse fidem tētantibus æqua prodest:
 Epist. Quid.

Exerceris) Sensus est, si habes **H V. B.**
 Em odio, & propter hoc par
 ui facis obincere te morti, hæc
 tua odia sunt nimis magni pre-
 tii, & nimis cara, & constantia
 magno, quia constanti tibi uita,
 que est res magna. (Si est
 uile tibi) id est si paruifacis,
 nam interdum ordo alicuius so-
 lent hominis paruifacere peri-
 culum, & mortem, unde est illudi-
 amantis apud Virgil. in Bucco.
 Specula de montis in alium De-
 serat, extremum hoc munus mo-
 rientis

D I D O

rietiis habeo. (Iam venti) Dicit, cito cessaturam tempestatem in deque.eum tutius nauigaturum (Ponent).i.quiescent. (Iam).i. cito (Strata). i.multum quieta. (Trion) Deus maris, Neptuni ex Salacia Dea maris filius, & eosdem tribicem. Ouid. 1. Met. Caua buccina sumitur illi Trotilis in latum, quæ turbine crevit ab imo. (Curret) Celeri curru ibit per mare. (Equis certuleis). i. Delphinibus iunctis ad currum inuicem equorum, nam deorum maris equi sunt Delphines volunt aut poetæ Deos mariis non ire super vnas, nisi ferè quieto mari, vnde Virgi. in 1. Aen. post placatum mare dixit de Neptuno. Coeloque inuestus aperto flectit equos, Curruque volans dat lora secundo. (Cum ventis) Quorum natura est, ut mutentur. Horat. 2. carm. Non semper imbres nubibus hispidos manant in agros, aut mare Caspium vexant inæquales procellæ. (Eris). s. mutabilis (Nisi vincis). i. nisi superas. i. nisi es durior roboribus. Robur autem species arboris est ex qua deterrimam esse gallum. Plin. scribit, est autem eius lignum nimis duritrix, ponitur autem pro omni re, quæ dura sit. (Quid). s. facere q.d. ignoscendū esset tibi, si intrares mare, cuius periculum ignores. (Experz) Probate à te, est in significatione passiuæ partici- piuum. (Tam male. i. tam periculo tuo. (Credis) Confidis, vt, O formosæ puer, nimium ne erede colori. (Vt). i. quamuis.) Retinacula Funes nauim. (Etiam pelago suadente) i. etiā mari tranqillo, quia tunc vi suadere nobis nauigatione. (Nec prodest) Liptote est. i. nocet. (Tentantibus) ingredientibus, à tento deriuitur, vt Virg. tentanda fuga canit. Ex quo Calchas. (Exigit poenas perfidæ), i. puniri perfidos. (Præcipe) Hoc dicit, vt magis eum terreat. (Quia) Rationem ponit. (Mater amorū) Venus. amorem aut dixit, quia duo dñr esse Cupi- dines. (Edita). s. genita (Aquis Cytheriacis) Hoc secundū fabula dixit, quā Seru. in 5. Aene. refert. Dicit enim Cœlium patrem fuisse Saturni, euni iratus filius falce virilia amputasset lapsi in mare sunt, de quoī cruce, & maris spuma nata dicitur Venus, vnde & Afrodite di- citur, iam Afros cum accētum in fine habet spumā significat, inde & Virgil. libro supradī- cto. Fas omne est Cythera misis te fidere regnis, Vnde genus ducis. Huius autem tabule allegoriam qui vult scire videat Seruum loco suprascripto. Cythera autem dicitur à Cy- theris insula tantū pluraliter declinata, quæ vt Plin. lib. iiiij. inquit, in Laconico finu est, an tea Porphyris appellata. Venus autem cum primum nata est mari, eo concha deuicta est, vnde & nomen accepit, inueniuntur artem & pro vrbe, & pro insula eodem nomine. interdū tamen Venus, Louis, & Dioneq filia dicitur, vnde & ipsa uonnunquā dicitur Dione, & Dio- neus à Venere uomen deducitur. vt apud Virgil. in Buc. Ecce Dionei processio. Cœsar's a- strum, & Aened. iiij. Sacra Dionex matri. i. Veneri. (Perdita). i. timue, ne te perdam naufra- gio, quem tamen amisi quia non vis mecum nauare. (Neu). i. & ne. (Hostis (Aeneas . (Naufragus) summfers. (Vnde precor) Conciliat sibi Acneam, optans ei vitam. (Sic). s. uiuendo. (Quām funere) Quam morte, id est melius est, quod caream te uno, quam mor- tuo. (Ferrare,) Id est dicarc. (Potius). s. quam ego dicat esse causa tuz mortis. (Finge) Ar- tificiosè ei comniemorat recordationem conscientiaz in magnis periculis. (Age) Hortatiz est. (Finge) Puta, animo tuo cogita. (Te deprehendi) Vfus est uerbo nautico, nam na- uigantes

Perfidia poenas exigit ille locus,
Præcipue cum lœsus amor: quia mater amorum
Nude Cytheriacis edita fertur aquis.
Perdita ne perdam, timeo: * noceamq; nocenti:
Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.
Vnde precor: sic te melius, quā funere, perdam:
Tu potius lati causa ferare mei.
Finge age à te rapido (nullū sit in omnine pôdus)
Tubine deprendi: quid tibi mentis erit?
Protinus occurrit falsæ periuria lingua:
Et phrygia Dido fraude coacta mori.
Coniugis ante oculos deceptæ stabit imago
Triltis, & effusis sanguinolenta comis.
Quidquid, id est, totum merui, concedite dices:
Quæque cadent, in te fulmina missa putes.
Da breue sauitia spatiū pelagiique, tuęque:

uigantes deprehendi dicuntur. Virgil.lib.v Aeneid. Hunc ego Getulis agerem si Sytribus exul Argolico ue mari depensus, & vrbe Mycene &c. (Quid mentis?) Id est quæ mens, & cogitatio erit tibi? (Nullum sit) Parenthesis est. (Pondus) Effectus. (In omine,) Idest in auctoriorum verborum, id est hoc tamen propter verba mea tibi non euenerat. (Protinus) Dicit quæ mens ei futura sit. (Occurrent) Venient in mentem. (Periuria) Quibus me deceperisti. (Et Phrygia Dido) Phrygia legendum est, non autē Tyria, ut sit ordo Dido coacta mori fraude Phrygia, id est fraude tua, nā Aeneas Phrygius est. nam si dicitur Dido Tyria versus non paritur, si vero fraude Tyria sensus repugnat. (Imago) Species, videbere enim videtur me, quam deceperisti, quod maxime te anger. Iuuenal. Et quod preci puer montem ludoribus urget, Te vider in somnis, tua sacra, & maior imago Humana turbat pauidum, cogitq; fateri. (Tristis,) Idest morta. (Sanguinolenta) Ut pote quæ cui causa se interficerit. (Merry totum,) Idest iuste patior. (Putes) Pro putabis, id est credes non esse fortuita, sed misera à diis, ut vindicent perfidiam tuam, hęc enim cogitatio soler mala conscientie euenerit. Iuuenal. Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent. Cum tonat exauimes primo quoque murraure cœli. Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed iratus cadat in terras, & vindicet ignis. (Da breue) Prescribit modum petitionis sive dicit enim se non petere, ut Aeneas perpetuo maneat, sed tantum differat, donec ira ipsius Aeneas, & pelagi aliquantulum fuerit remissa. (Da breue spatium,) Id est concede breue tempus.

ASCENSIVS.

ASC.

E X B R C E S *preciosa,*) Idest res *preciosa.* (Constantia magno) Animo, id est videtur tibi magnum, & *preciosum*, hoc egregiū facinus. (Si dum me fugias &c.) Idest si parui pendis mortem dummodo me fugas, qualis vero maiori odio me, quam mortem prosequaris, cū ut me fugias, illam incurras. (Expertus aquae) Passiue dixit, nam experior comune est. (Nullum sit in omne pondus) Honestas, & amica parenthesi, nam dum mala commemoramus, ne malorum omen in amicos conuertatur, auerti peritus ab eis, & in inimicos conuerti. Vnde si non 2. Aeneid. Locutus de euersione Trojæ addit quod Dij prius omen ipsum conuertant Sumbant autem veteri superflitiose pro omni, id futuræ rei iudicio quidquid prius audirent. vnde Aemelius deliberans an Persen oppugnare deberet, auditio à filia, Persa mea perit, illud pro omni perdendi à se regis illius suū p̄sit, quamuis filia de catella, seu canicula, cui Perse nomen fuit, loqueretur. Et idem patris familiæ querenti quis me petit, aut vocat non respondebat nullus, aut nemo, sed bona fortuna pater. Nec qui nihil habet, andebat se nihil habere dicere sed recte vnde in Eunocho. Tamen quod illi dem, recte, est nam nihil dicere, mihi religio est, id est mali omnis metus, ubi ostendit pro eo, quod est nihil, docit solere, recte, quia ergo Dido dixerat hinge age te rapido, dictura turbine deprendi interponi. Nullum sit in omne pondus, id est nolo id tamen euenerat, nec ut ratum sit illud ome. (Et Phrygia Dido) Ordo est. Et Dido coacta mori fraude Phrygia id est Phrygium, qui fraudolenti sunt vnde ipsa Aeneid. 4. Nec dum Laomedontex sentis periuria gentis. Nec legendum est Tyria, ut scolorum prauitate inuersus est textus. Nam videntes, quia Tyria esset Dido, & nescientes malum esse versum, & meliorem sententiam, ut sit Phrygia fraude, pro Phrygia, Tyria scripferunt. (Coniugis ante oculos) Sic Maro. omnibus umbra locis adero. (Da breue) Sicut in spatium pelagique tuzque,) Id est differ se uitiam tuam, & vita sicutiam maris, quia grande precium est nrori. nam via est futura tutæ si aliquantulum immoratus fueris.

Grande moræ *precium*, tutæ futura via est.
Nec mihi tu * parcas: puer parcatur Iulo:

Te satis est titulum mortis habere meæ.

Quid puer Ascanius? quid Dii meruere penates?

Epist. Ovid.

Grande moræ) Sensus est.
Hæc mora erit vilis, quia postea habebis nauigationem tuam. (Via) Nauigatio. (erit grande *precium*), Id est magna *vilitas*. (Moræ) Tardationis tuzque.

HVB.

* cura:

F 4

(Nec)

(Nec parcatur mihi). i. ne habeas respectum mei in morando,
Se quoque. seu filii tui. (Titulum) Nomē,

& samam (Mex) Non etiam siliij tui. (Quid Meruere) scilicet ut submersionis pericula à te obbiciantur. (Penates) Dij, quos tecum, ut dicis, portas. (Ereptos) Liberatos. (Ignibus) Incendijs Troianis. (Fers) Portas. (Preserunt tuos humeros) .i. tuis humeris sunt portata. nam ut ipse narrat in 2. Aenei. Apud Virgi.

Sacra penatesq; libi ab Hectore qui in eis somnijs apparuerat, commendatos humeris impo-suit, & patrem simul: vt Virg. Ergo age care pater ceruici imponere nostrz, ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit. (Mentiris) Falso iactas. (Neq; incipit à nobis) Quia iam est assueta ialleri alios. (Plector) .i. punior. Si queras Probat, quod alias deceperit. (Mater) Creusa. (Occidit) Perijt. (Sola) siue te. (Duro) Iuhumano. (Hoc) s. Creusam esse à te relictam, nam circa finem 2. Aen. Virg. narrat Aeneas Didoni Creusam fuisse à se amissam, cum discederet à Troia, sed eam conuersam in ministram matris Deuni. (Ad me) Videtur hic textus, vel obscurus, vel ambiguus alij, nouere: alij, mouere, legendum putant, sed cum in alijs multis libris, codicibus, tum in meo verutissimo legitur, nouere, erit ergo sensus. narrabas mihi Creusam à te relictā, sed ego non solum sui tibi vxor, sicut ipsa, sed ego tibi prestatim beneficia, vnde maiorem pœnam es datus, quod me deceperis, & dereliqueris, quam quod illam reliqueris. (Nouere) sciunt. s. omnes. (Merentem) .i. prestatum tibi beneficia, nam hoc significat mereri. Virg. in 6. Aeneid. Quique sui minores alios facere merendo. (Illa pœna) Quam tudabis, & patieris propter Creusam relictam. (Est futura minor culpa mea) .i. culpa, quam de me habes, nam in genitiuis nominum & pronominum, & item in nominibus postessiuis persona postessoris dupliciter accipiunt, & actiue, & passiue, active sic, iniuria Paridis concitauit vniuersam Græciam aduersus Troianos: hic iniuria intelligitur quam Paris alijs intulit, passiue vero, iniuria Menela: Græcos omnes ad auxilium suum commouit, hic accipiatur iniuria, que Menelao illata est, & sic culpa mea interdum intelligitur, quam ego de alio habeo, interdum quam alius de me, yr hie. (Nec mihi) Probar culpam de se decepera esse maiorem, quia non dubitat, quin propter ipsam sit datus pœnas. (Quin) id est ut nō. (Dament) Dignum pœna inducent, & puniant. Septima hyems, septimus annus. ut ipsa apud Virgil. in hinc 1. Aeneid. Nam te iam septima porrata omnibus errantem terris, & fluctibus æstas. (Eiectum) Naufragum, ut ipsa in 4. Aeneid. Eiectum littore, egenem Excepi, & regni demens in parte locauit.

Ignibus creptos, obruet vnda deos'.

* Sed neq; fers tecū:nec, quę mihi perside iactas & Preserunt humeros sacra, paterque tuos. Omnia mentiri: neque enim tua fallere lingua

Incipit à nobis: primaque lector ego.

Si queras, vbi sit formosi mater Iuli:

Occidit, à duro sola relicta viro.

Hæc mihi narrabas: at me mouere merentem.

Illa minor culpa pœna futura mea est. (nēt).

Nec mihi mēs dubia est, quin te tua numina dam

Per mare, per terras septima iactat hyems.

Fluctibus eiectum tutta statione recepi.

* conce
det

A S C E N S I V S.

A S C. TE satis est titulum mortis habere Mex.) Parcas ergo Ascanio, & ne eius mortis titulum habeas, dicarisque intersector filii, tui. (Omnia mentiris) Quæ, scilicet de pietate tua in deo, & partem narraueras, ut secundo & tertio Aeneidos recitatur. (H.ec) s. pietatis opera in coniugem etiam tuam, quam per Troiam quarefilii. (Ac) Pro & hæc. (Mouere,) Id est mouerunt, id est assecerunt commiseratione me. (Merentē) s. ex pia credulitate, & tamen. (Illa pœna) Quam pro tam faciliter credulitate dabo. (Est futura minor mea culpa) Quia plus mali merui, quam mori, dum tam perhdo fidem hahui. (Fluctibus eiectum) Virgi-nus, iam tuta fides, eiectum littore egenem Excepi, & regni demens in parte locauit.

Vixque

Vixque bene audit o nomine, regna dedi.
His tamen officiis vtiliam contenta fuisse.
Et mihi concubitus fama sepulta foret.
Illa dies noctis; qua nos declive sub antrum
Ceruleus subitis compulit imber aquis.
Audieram voces: nymphas vluas putavi:
Eumenides fati signa dedere meis.
Exige lese pudor peñas violate⁹ Sichei;
Ad quem (me miseram) plena pudoris eo.
Est mihi marmorea sacratus in æde Sicheus:
Oppositæ frondes, velleraque alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citavi:
Ipse sôno tenui dixit, Elisa veni.

Le luxusq; lôga, souere, Regnorum immemores, tûrpîq; cupidine captos. Hæc passim Dea se da, virum diuidit in ora. (Sepulta) Incognita, à nullo commemorata. (Foræ) Subaudi vii nañ. (Illa dies) Commemorat tempus, quo primum sô cum Aenea commisœuit, exierat. n. in venatio nem cum Aenea ut scribit Virg. lib. 5. Aen. immisoq; subito imbris à Iunone Veneris consontente Aen. & Dido in eandem speluncam imbre fugientes deuenerunt, vbi primum concubuerunt. (Noquit) Vir. Ille dies primus leti: primusq; malorum causa fuit. (Declive) Pendens. (Sub alterum). i. in speluncam. (Copolit) Coëgit ire. (Ceruleus) Obscurus. Virg. Insequitur: ut commixta grandine, vmbrae. (Audieram voces). i. clamore. (Nymphae vluas putavi) Virg. Sunimoq; vluas vertice nymphæ. (Eumenides). q.d. non fuerunt nymphæ, sed faræ, quæ signa dederunt. (Fatigatis meis). i. infelicitati. (Exige) Non ad Sicheum, ut quidam male existimat, sed ad pudorem à se violatum sermonem conuertit, ne que enim leendum est Sicheum, quia neque ratio carminis pacitur, nā Sicheus non est disyllabum, ut Thebes, sed trisyllabum, ut Antheus. Virg. Huic eosius Sicheus erat, ergo Sichei legendum est, ut sit ordo. (O pudor lese violate) Est autem distinguendum, ne virtuosum sit, duo adiectua, siue copula ponit, siue apud Virg. Tectum Augustum, ingens, cætum sublimè columnis. (O pudor) O pudicitia. (Violate) Vir. Ante pudor, quam te violam, aut tua iura resoluam. (Exige, peñas Sicheo). i. sume de me peñas, quas Sicheus deberet exigere, quia ei non seruauit fidem. Virg. Nec seruata cineri promissa Sicheo. (Plena pudoris). i. plena verecklia, quia puder me. (Est mihi) Dicit Dido se vocatus fuisse noctu a simulacro mariti, quod in domo colebat summa veneratione. (Sicheus) Imago Sichei. (In æde) In templo. Vir. Præterea fuit in tectis de marmore templum Cœugi antiqui, miro quod honore colebat, Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum. (Opposite) Ad ornatum. (Vellera, Lanx, Tegunt) Ornant. (Hinc) Ex illa æde. (Notior ore). i. notis verbis. Virg. Hiuc exaudiri voce, & verba vocantis visa viri, &c. (Ipse) Sicheus. (Elisa) Hoc enim fuit prius nomen Didonis, nam postquam Catthaginem condidit, Dido appellata est quod nomen lingua punica significat viraginem, alij volunt, ut Seru. postquam seipsum intererit, hoc nomine appellatam fuisse. (Veni) Imperatiui est modi, q.d. necesse est, ut mecum sis.

ILL A dies, Sic Maro. Ille dies primus leti, primusque malorum causa fuit. (Nymphae vluas putavi) i. Maro. Summoque vluas vertice nymphæ. (Eumenides) Dicuntur ruris infernalis per antiphona, m.i. contraria scriptioem eu. ii. bonum significat, cum minime boue sint. (Exige &c.) i. legitur Sicheus, nisi vocatus grecus, cù ianen nou sit diphthongus. Ordo est. (O pudor lese) i. extincte, & violate. (Exige p.eras). s.a. me. (Et o Sicheo violate) i. auhonorare per secundas nuptias, exige peñas. Aut si legendum est Sicheo. Ordo est. O pudor lese, & violate. (Sicheo) i. in dannum Sichei exige peñas. (Ad quas) f. peñas.

VIx bene adiuto nomine)
Nam ut in 1. Aeneid. scribit Virgil. cum audisset Dido ab Ilioneo: Rex erat Aeneas nobis, &c. Respondit ipsa. Vultis, & his mecum pariter cōsistere regnis?
Vrbem quam statuo, vestra est.
(His officijs). s. quod te hospitio excepti, & regna dedi. (Fama) Qz iam sparsa, & Vulgata est; *Sicheo me tecum concubuisse. Virg. q.i. Aen. d. hac fama. Hæc tum multipli populos sermone replebat, Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat. Venisse Aeaneam Troiano sanguine Cretu:
Cui sepulchra viro dignetur iū gere Dido. Nuic hyemem inter

D I D O

prenas. (Me miseram) subaudio, vel heu, sed reprimunt, ne sit vehemens excandescens, ad quas igitur, d me miseram, ego eo plena pudoris. i. verecundiae & ruboris. (Est mihi) Hoc quoque ex Virgilio sumptum est, ut pater in quarto. Vnde frustra &c.

H V B. **N**Vlla mora) Dicit separata
"quodā mori, vt sit cum Sicheo, qđ
etiam libentius, & celerius face
ret, nū pudicitia amissit. (Da
veniam) Ad Sicheum loquitur.
(Idoneus) Cui credendum quis
que putaret. (Inuidiam) odium.
(Nox) i. culpæ . Virg. Vnius
ob noxam. Detrahit auler. (Di-
ua parens) Enumerat ea, quæ fe-
cerunt fidem. (Diua) Non mor-
talis. (Pia sarcina) Pium onus
i. pater, quem humeris suis se
gestasse dicebat. (Spem) Nam ea
videbantur esse officia hominis
boni, & fidelis neque videbatur
qui talia fecisset, posse quęquam
decipere. vnde dicit se propter
supradicta superaffe eum esse re-
mansurum apud se, sicut proni-
serat. ('Si fuit errandum,) q. d.
Si ob vilam rem dehinc non serui
re, quod Sicheo promiseram, nam in hoc errauit. (Honestas) Probabiles. (Addē fidem) Quā
dedit mihi id est addē quod mihi iurauit. (Pigendus). i. Aeneas. i. non erit, quare pigeat &
turpe mihi sit ei credidisse. (Durat) Enumeratis ijs, quæ Aeneas poterant facere fidem viri
boni, ne culpam in ipsam Didonem transferendam diceret, dicit se esse infelicem vsque ad
vltimum vitæ spiritum, & enumerat seriem suarum infelicitatum. (Nouissima) Vleima. i.
vsque ad mortem. (Tenor) perseverantia. (Fati) Infortunij fatalis. (Occidit) Incipit enu-
merare infortunia, inter quæ primum ponit mortem mariti sui Sichei, quem miro amore
dilexit. Fuit autem Sicheus Didouis auunculus, vt Iust. scribit lib. xvij. sacerdos Herculis
qui honos secundus at rege erat, qui magnas, sed dissimilatas opes habebat, aurumq; metu-
regis non tectis, sed terre cederat, quam rem & si homines ignorabant, famam tamē
loquebatur. itaq;. Pygmalionis oblitus iuris humani auunculum suum, eundemq; sororis
maritum sine respectu pietatis occidit. (Occidit) Perijt. (Mactatus) Tanquam vñstima in-
terfectus. (Ad aras). i. apud aras. Virg. Impius ante aras, atq; auri cęcus amore. Clam fer-
ro incautum superat &c. (Frater) s. meus, quod magis est dolendum. (Præmia) Nomen, &
titulum. (Exul agor) Narratio eit reliquarum infelicitatum, quæ licet sit de præteritis, ta-
men eleganter fit per præsens, vt res nunc geri videatur. (Exul agor) Expellor à patria, nani
crudelitas fratris coegerit eam facere suadēte Sichei imagine, quæ Didoni noctu apparuit, &
omne facinus Pygmalionis enarravit. (Patriam) Quanu deficerere quisq; infelicissimum pu-
tar. (Et feror) Amplificatio infelicitatis, dicit. n. se non habuisse locū certum, quo iret, neq;
etiam tuuo nauipasse. (Hoste sequente) i. fratre Pygmalione, qui virz, & rebus meis insidia
batur, vt hostis, inde Virg. Germaneq; minas. (Applicor) Adducor. (Elapsi) Clam, & cum
difficultate erepta. (Emo) sic legedium est in præsenti tépore sicut & supradicta verba, quod
etiam ratio carminis exigit, nam emi, quod primam naturaliter producit, nullo pacto legi
potest, quo autē quidam exponunt emi. i. orna vt sit imperatiui modi, stultissimum est.

A S C. **D**VRAT in extremum docet fatale esse generi suo, vt erumnis concutiantur, ne culpe
detur, quod necessitatibus est. de fuga autem Didonis ex Tyro habetur ad longum. Aeneid. i.

(Quod

(Quod tibi &c.) Cōsentio cum superiorē cōmentario, legendū esse, emō, quia emī pteri-
tum bisyllabū prima p̄ducit, nec est rō cur in pterito ponatur, cū dicat in pnti, Applico
ignotis &c. nec oblitā, q̄ donauī, dixit, uam q̄a de ppterito s̄pē, quasi de pnti loquit, bene
dicit, applico; & emō littus &c. (Quod donauī). s. nō tūc. unde non dicit domo, sed postea.

Vrbem constitui: lateq̄e patentia fixi
M̄enia finitimiſ inuidiosa locis.
Bella tumēt: bellis p̄egrina, & f̄emina tentor;
Vixque rudes portas urb̄is, & arma paro.
Mille procis placui: qui me coire, querentes
Nescio quem: halamis p̄apossim̄ suis.
Quid dubitas uinctam Getulo tradere Iarbā?
Pr̄ebuerim sceleri brachia nostra tuo.
Et etiam frater: cuius manus impia poscit
Respergi nostro, sparsa cruento uiri.
Pone deos, & quae trugendo sacra profanas:
Non bene cœlestes impia dextra colit.
Situ cultor: eras elapsis igne futurus:
P̄enitet elapsos ignibus esse deos.
Forſitan & grauidam Dico sceleris relinquas;
Parsque tui lateat corpore clausa mco.
Accedet fatis matris miserabilis infans:
- Et nondum nati funeris auctor eris:
Cumque parente sua frater morietur Iuli:
Poenaque connexos aufert una duos.
Sed iubet ire Deus: uellem uetusset adire:
Punica nec Teucris preſsa fuiset humus.

malion. (Sparsa) Fœdata. (Viri) Mariti mei Sichei quem interfecit. (Pone) Pro depona.
Aphrēſis. (Profanas) Polluis, & maculas tangendo, q̄a ab impiis manibus Dei tangi, in-
dignantur, inde apud Virg. Donec me lumine uiuo abluero, nam cruentis manibus tan-
gere sacra Aeneas nefas duxit. (Non bene cœlestes) Sententia est rhetorica. (Si tu) Sensus
est. Dei nollent se esse liberatos ab incendio Troiano, si tu, qui es impius, eras culturus de-
os elapsos ab incendio. Ordo est. Deos p̄enitet esse elapsos ignibus &c. (Si tu). s. sceleratus,
& impius habet. n. hoc promonit demonstratum emphatū. (Eras futurus cultor ipsi
eruptis). i. liberatis. (Igne) Quia mallēt se esse cōbustos, q̄ h̄e tales cultorem. (Forſitan)
Addit, quod possit cum mouere ad cōmiserationem. (Icliuquas) Pro relinques. & melius
legitur, quam relinquis, uel relinquis, quod sequens nerbi indicat, nam dixit (Lateat) Pro
latebit, uel latere contingit. (Pars tui) Aliquis filius, qui est pars patris. (Accedit) Ade-
etur. (Fatis). i. morti. (Miserabilis) Quia nulla culpa sua morietur. (Nondum nati). i. filii
nondum editi in lucem. (Frater Iuli) Qui erit ex te genitus, sicut Iulus. (Cum sua parente)
i. meū que sumi mater sua. (Vna pena) i. una mors. (Cōnexos) Coniuctos. (Sed iu-
ber) Obiectio, quam posset facere Aeneas. (Deus) Mercurius, sic. n. s. excusabit Aeneas, ut
apud Virg. lib. 4. Aen. Nunc ēt interpres diuū Iouemissus ab ipso, Testor utrumq; capue,
celeres madata p auris Detulit. Ipse Deū manifesto in lumine uidi &c. uel certe Apollinē
uerius intellegit, cuius iuliu petebat Italā, ut ipse apud Virg. lib. 4. Sed nūc Italā magnā
Grynxus

I Nuidiosa) Passiū est signifi- HV B.
cationis. i. quib. inuidetur. unā
Anna ad ipsam Didonem libro
4. Aen. sic inquit, Nec uenit in
mentē, quorum cōſideris aruis?
Hinc Getulz urbes genuis insu- * in me
perabile bello: Et Numidz insre coiere,
ni ciugunt, & inhospita Syrtis: * uclim
Hinc deserta sit regio lateque fu-
rete Barcei. Bella tument. Virg.
Quid bella Tyro surgētia dicā,
(Peregrina, & f̄emina) Et à for-
tuna, & à sexu mouet cōmiser-
ationē. (Rudes) Nouas. (Mille)
.i. multis, numerus ſinitus, pro
infinito. (Coiere) Congregati
sunt. (Nescio quē) Quali igno-
rum. (Suis thalamis). i. cōuubio
ipsoꝝ. (Quid dubitas) q.d. non
est talis tortura mea, vt debeam
recusare ēt captivitatem. Virg.
Quid moror? an mea Pygmalio-
dum mœnia frater Detruat, &
captani ducat Getulus Iarbas? (Getulo) Qui imperat. Getuliz
q̄ est pars Atricꝝ. (Pr̄ebuerim)
Pro pr̄bēdo. (Sceleri tuo) Ecce
hoc verbo magis prohibet, quod
uidetur concedere. (Frater) Pyg
malion. (Sparsa) Fœdata. (Viri) Mariti mei Sichei quem interfecit. (Pone) Pro depona.
Aphrēſis. (Profanas) Polluis, & maculas tangendo, q̄a ab impiis manibus Dei tangi, in-
dignantur, inde apud Virg. Donec me lumine uiwo abluero, nam cruentis manibus tan-
gere sacra Aeneas nefas duxit. (Non bene cœlestes) Sententia est rhetorica. (Si tu) Sensus
est. Dei nollent se esse liberatos ab incendio Troiano, si tu, qui es impius, eras culturus de-
os elapsos ab incendio. Ordo est. Deos p̄enitet esse elapsos ignibus &c. (Si tu). s. sceleratus,
& impius habet. n. hoc promonit demonstratum emphatū. (Eras futurus cultor ipsi
eruptis). i. liberatis. (Igne) Quia mallēt se esse cōbustos, q̄ h̄e tales cultorem. (Forſitan)
Addit, quod possit cum mouere ad cōmiserationem. (Icliuquas) Pro relinques. & melius
legitur, quam relinquis, uel relinquis, quod sequens nerbi indicat, nam dixit (Lateat) Pro
latebit, uel latere contingit. (Pars tui) Aliquis filius, qui est pars patris. (Accedit) Ade-
etur. (Fatis). i. morti. (Miserabilis) Quia nulla culpa sua morietur. (Nondum nati). i. filii
nondum editi in lucem. (Frater Iuli) Qui erit ex te genitus, sicut Iulus. (Cum sua parente)
i. meū que sumi mater sua. (Vna pena) i. una mors. (Cōnexos) Coniuctos. (Sed iu-
ber) Obiectio, quam posset facere Aeneas. (Deus) Mercurius, sic. n. s. excusabit Aeneas, ut
apud Virg. lib. 4. Aen. Nunc ēt interpres diuū Iouemissus ab ipso, Testor utrumq; capue,
celeres madata p auris Detulit. Ipse Deū manifesto in lumine uidi &c. uel certe Apollinē
uerius intellegit, cuius iuliu petebat Italā, ut ipse apud Virg. lib. 4. Sed nūc Italā magnā
Grynxus

Gryneus Apollo, Italiā Lycie iussere capessere sortes. (Pressa) Tacta calcara. sic ipsa apud Virg. Felix heu nimium felix. si littora tantum Nunq̄ Dardanis et tigillent nostra carinae.

A S C. V R B E M constitui) Virg. Vrbem preclaram statui mea mōnia nūdi. (Getulo tradet) Non dices: me, quia Getulo tribus longis constat. (Non bene cœlestes) Memorabile dictū. (Si tu cultor erat) Sensus est. Tanta est perfidia tua, quod si tu eras futurus cultor diis penatibus. (Elaphis). i. signibus & ruinis. (Pœnitentia elapsos). i. quod maluerint igne cōsumpti esse, quam abs te coli. (Sed iubet ire). i. abire. (Deus). i. Iupiter per Mercurium. Vnde Virg. Nunc etiam interpres diuum Louc missus ab ipso &c.

H V B. Hoc duce jh.d. Dido, ut Aeneas minus sit cupidus patrere responsis Apollinis, dicit. n. eum esse causam nualorum Aeneas quia dum eius respōsa vult sequi, quibus iubetur menire, agitatur iam multis annis & mari, & terra. (Hoc) s. deo Apolline. (Duce) Autore. / Teris) Consumis, unde ipse in 7. Aenei. Magñas obuentia terras, Tor maria intraui duce te, penitusque repastas Massylum gentes, praetentaque Syrtibus aua. (Pergama) Troia. (Quanta) Quam magna, quam florida.) Tanto labore! Quanto petis arua aliena, unde ipsa apud Virg. Quid si non atua aliena, domosque Ignoras peteres, & Troia antiqua manerer? Troia per undosum petere, sur classibus zxor? (Patrium) s. Troianum. (Sed undas Tybri dis) Qui procul est ab his locis. (Vt) .i. quamuis. (Quo cupis) s. ad Italiam. (Holpes) Nouus, & aduena. (Vique) .i. semper alii legunt, utque, & nclus, ut sit sensus. (Terra) Quam tu petis. (Vt later) .i. sicut est remota, & obstrusa, & penitus occultata. Vir. i. Geo. Vt silicis uenis obstrum excederet, igne; Idem lib. 6. Aen. Quixit pars semina flāmz Obstiuſa in uenis silicis (Vitat) Quas ipote fugie, ut Virg. Italia petimns fugientem. (Vix contingit) Euenier. (Tibi seni) .i. etiā si uixeris multos annos. (Hos) Meos, Δεκτισ. (Remissa) Omissa. (Ambage) Circuitu, ut longe ambages. (Opes Pygmalionis) Quas Pygmalio habere cupiebat, & sperabat, unde illud Virg. Portentur auas: Pygmalion s. opes pelago. (In Tyriam urbem) .i. in Carthaginem, quam Tyriam à conditoribus appellauit. (Ilio) .i. res Ilenses. i. statum Troianum, & regnum transmutata in hanc urbem, & esto huius loci rex. (Felicius) Quād Troia fuit. (Sacra) Venerabilia, quia omnes reges erāt facri. (Si tibi) Satisfacit obiectionib. quas Aeneas facere posset, quod uellit ueni: in Italiam, ut exerceat se, & filiū Ascanium in bellis, dicit enim etiam in illis regionibus dari eis hac opportunitatem. (Vnde) Ex qua causa. (Neqd desit) .i. ut omnia habecas. s. & rerum, & etiam opportunitem uictoriarū, & triumphorū. (Hic pacis) Et paci, & bello cōuenit. (Hic locus) Noster. (Tu modo) Per multas adiuratio-nes cū orat Dido, ut sui misercatur, sumitur aut uerbū perfecti sensus inserius. Pater precor deñui. (Tela fraterna) .i. arma Cupidiq̄is fratris tui. (Deos) Penates. (Sic) Adiuratis ē, ut expiis

Hoc duce nempe Deo nentis agitaris iniquis:
Et tetis in rapido tempora longa freto.
Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore;
Hectore si uiuo quanta fuere, ferent.
Nō patriū Simoēnta petis, sed Tybridis undas.
Nempe, ut peruenias quō cupis: hospes eris.
Vtq̄ latet, refugitque tuas obstrusa carinas,
Vix tibi contingit terra petita seni.
Hos populos potius in dotem ambage* remota.
Accipe, & aduectas Pygmalionis opes.
Ilion in Tyriam transfer felicius urbem?
Inq̄ loco regis,* sceptraque sacra tene.
Si tibi mens auida est bellī, si querit Iulus
Vnde suo partus Marte triumphus eat:
Quem supererit, ne quid desit, præbēbimus hostē,
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
Tu modo, per * patrem, fratremq; tela sagittas;
Perq̄ fugæ comites, Dardana sacra, deos:
Sic superent, quo scunque tua de gēte reportas:
Mars ferus & damni sit modus ille tui.
Ascaniusque suos feliciter impleat annos.

sepius diximus. (Superēta) i. ut hanc nam superate interdum vincere ut hic: interdum su-
peresse significat apud Virgilib. Quid puer Ascianus superat ne? Et Iuuenia. Et quod
superauerat unus, uel pro tra suo. (Ule Mars) Illud bellum. s. T roianum. (Sic modus) sit
finis. (Tui damni) i. ultra illud bellum, nullum unquam pacari. damnum. Suos annos na-
tura, vel fato sibi debitos. Sic supra Briseis ad Achilem. Nunc quoque sic omnes Peleus pa-
ter impleat annos.

P E R G A M A. uix tanto &c.) Docet ne Troiam quidem repetendam tanto labore,
quanto Iealiam fugientem quartit. (Si quis te) A nominatio. Simois, sed ut Seru, docet gre-
ce scribunt perrei, diphthongum Simois, b. e. s. l. semper erythribum. (Hoc potius populos
in dorem) Vnde Iuno ad Veterem Aes. 4. Horale quā tua Tyrios permittere dextre.

A S C.

Et senis Anchise molliter ossa cubent: Parce precor domui: qua se tibi tradit habendā.
Quod crimen dicas, præter amasse, meū? Non ego sum Phthia, magnisq; oriunda Mycenis;
Nec stete line in te iurque, patere si metis.
Si pudet uxoris: non nupta, sed hospita dicar,
Dum tua si Dido, quidlibet esse feret.
Nota mihi frexa sunt Afrum frangentia luctus.
Temporibus certis danū, negantque uiam,
Cum dabit aura niam: præbebis carbas uenit;

Nunc leuis eiectam continent alga ratein.
Tempus ut obsecram: manda milii: se fuis ibiss.
Nec sc̄ si cupias, ipsa manere sinam.
Et socii tēquiem pōscunt: lēndatq; clāsis.
Postulat exiguas semi: efactā mōras.
Pro meritis, & si qua tibi debebimus, ultra:
Pro spe coniugii, tempora parua peto.
Dum freta mitescit: & amor dū temperat usum:
Fortiter ediscam tristia posse pati.

Sin minus: est animus nobis effundere uitam:
ca (Quilibet) i. sub quāvis conditione, i. serua, & amica.
(Dum) Arguit a natura maris Lybici: non esse nunc nauigandum, sed differendum. (Fran-
gentia) Percutientia. (Cerctis) Quibusdam: non omnibus. (Viam) i. opportunat eun-
di. (Leuis) Vilis. (Eiectam) Ad littus subducam. (Alga) Herba maris, quæ in tempestate
collitus super undas, & interdum moratur naues. (Manda) Comitite, & ad hanc curam. (Se-
rius) Tardius, ut eas tutius. (Nec finam). i. nō patiar, & permittam. (Te manere) s. hic. (Si)
i. quamvis. (Cupias). i. uelis quia hortabor te, ut eas, cū venti possint. (Et socii) Alia ratio,
quare debeat differte discellum ut & socii recrecentur, & naues qualitas reficiantur. (Soen)
Tui sessi, ac satigati. Virg. lib. i. Aen. Dcessi. Aeneadæ, quæ proximaliter ora, cursu Conten-
dunt peccare, & Lybis uertentur ad oras. (Laniata) Vencis qualitas Viig. Qualitas uetus
licet subducere clāsim. (Semiresfacta) Non plene instaurata (Exiguas mōras) Exiguū spa-
tiū mōrā. (Pro meritis) Pro beneficiis in te collatis, ut ipsa apud Maronē. Si bene quid
de te merui. (Si qua debebimus, ultra). i. præstare debebimus ultra hęc quæ in præstitum.
(Pro spe coniugii) Virg. Per connubia nostra, per inceptos Hymenoxos. Tēpora parua pe-
to. Sic apud Virg. Tempus inane peto, requiem, spatiūmque surori. (Et amor dum tempe-

M Olliter) Talia, a mortuis H V B.

precari solebant. Iuuenia.
Dii, maiorum umbris tenuem,
& sine pōdere terram. (Cubēj)
i. quiescant. (Domus). s. mex.
(Habendam) Possidendum. (Ti-
bi) A tē sic apud Virg. Miserere
domus labentis. (Quod), qd,
nullum. (Non ego) Dicū te non
fuisse hostem. Trojani hominis,
nec natū ex locis hostibus. (Ph-
tia) v̄b̄ Thestalix, unde Achil-
les nonnunquam Phthini dicit
tur, cuius causa omnes ex ea ur-
be oriundi merito debent esse
odio Trojanis. (Oriumda) i. ort
tagōnōn el, non autem partici-
pium, (Mycenis) Vnde Agamē
non, & Menelaus fuerint. (In
malū. te) Contra te. sic apud Virg. 4.
Aene. Nō ego cum Danais Tro-
janam excindere gentem Auli-
de iurauis, classemque ad Perga-
nia misi. (Si pudet uxoris) i. si
pudet te habere me nomine uxo-
ris. (Hospita) Peregrina, & ami-
ca. (Pro dummodo) (Nota
mū) Arguit a natura maris Lybici: non esse nunc nauigandum, sed differendum. (Fran-
gentia) Percutientia. (Cerctis) Quibusdam: non omnibus. (Viam) i. opportunat eun-
di. (Leuis) Vilis. (Eiectam) Ad littus subducam. (Alga) Herba maris, quæ in tempestate
collitus super undas, & interdum moratur naues. (Manda) Comitite, & ad hanc curam. (Se-
rius) Tardius, ut eas tutius. (Nec finam). i. nō patiar, & permittam. (Te manere) s. hic. (Si)
i. quamvis. (Cupias). i. uelis quia hortabor te, ut eas, cū venti possint. (Et socii) Alia ratio,
quare debeat differte discellum ut & socii recrecentur, & naues qualitas reficiantur. (Soen)

Tui sessi, ac satigati. Virg. lib. i. Aen. Dcessi. Aeneadæ, quæ proximaliter ora, cursu Conten-
dunt peccare, & Lybis uertentur ad oras. (Laniata) Vencis qualitas Viig. Qualitas uetus
licet subducere clāsim. (Semiresfacta) Non plene instaurata (Exiguas mōras) Exiguū spa-
tiū mōrā. (Pro meritis) Pro beneficiis in te collatis, ut ipsa apud Maronē. Si bene quid
de te merui. (Si qua debebimus, ultra). i. præstare debebimus ultra hęc quæ in præstitum.
(Pro spe coniugii) Virg. Per connubia nostra, per inceptos Hymenoxos. Tēpora parua pe-

tō. Sic apud Virg. Tempus inane peto, requiem, spatiūmque surori. (Et amor dum tempe-

rat

et vsum). i. dum assuetudine amor sit tolerabilis. Sic Virg. Dum mea me victam doceat fortuna dolere, amoris enim & fortunae iniuria, & aduersitas vsu sit experior. (Ediso) Consilensco. (Sin minus) si. si non. subaudi prelitteris hoc paruum tēpus. (Est animus) Est firma dispositio. (Effundere vitam) scilicet mori.

A S C.

P A R C E precor domui) Aen. iiiij. Si bene quid te merui sicut aut tibi quidquam Dulce meum, miserere domus labentis &c. (Nō ego sum Phthia) Sic primo Aeneid. Cum domus Assaraci Phthiam, claras; Mycenas Seruitio premet. Non ergo legendum est Phthiam. (Quidlibet esse feret) id est pariter quolibet scilicet modo. (Nota Atrum) More oratorio iuxta praeceptum rhetoriconum que validissima parat argumenta, & nouissimū loco repetit scilicet et opportunam expectat uagationem, ad quam se illi profiteram pollicetur. (Et amor dum temperat vsum) Sic quarto Aen. Tempus inane peto requiem, spatiumque furori: Dum mea me victam doceat fortunæ dolere.

H V B.

D I V) Quia cito moriar & tua crudelitas non poterit nocere mihi mortuæ. (Imago) Species, vel aspectus. (Quæ) scilicet qualis (Troicus) Tuus, quæ mihi reliquisti. Virg. Ensemque relatum. (Strictum) Nudum, (Pro lacrymis) Loco lacrymarū. (Tinctus) Maculatus. (Quæ bene) irrisive. (Fato nostro) id est morti nostræ. (Instruis) Ornas. (Nunc primum) Quia etiam ante percussa sum. (Ille locus) id est pectus meum. Vulnerus anterior) Virg. At regina gravi iandudum saucia cura, Vulnerus alit venis. (Anna soror) Commisseritis veritatem sermōnem ad Annam, quam dicit cito executuram funuseius. (Male) Quia mihi prodesse nequisti. (Conscia culpx) Nam ut est apud Virg. ei amorei suum detexit. Anna (fatebor enim) miseri politata Sichei Coniugis &c. (Culpæ amoris) Secundi mariti, quem culpm appellauit, ut Seru. voluit, quia antiquo ritu bis non per sacerdotio repellabantur, sed melius placet culpam dici propter fidem non seruatam priori marito, ut apud Vrg. Nec seruata fides cineri promissa Sichei. (Iam) Mox, cito. (Vtima dona) Exequias, quæ & iusta dicuntur. (Consumpta rogis) id est combusta agnibus regalibus. (Nec inscribar Elisa Sichei) scilicet vxor. nam in nullierum epitaphijs scribebantur nomina maritorum suorum. Lucret. Licet tumulo scripsisse Catonis. Mart. Non ut ergo scribi vxor Sichei, quia non fuit, ei fida vxor. (Hoc tamen) Legitur etiam tantum, & melius scilicet solummodo. (causam) Quia decepit. Et ensem) Quia reliquit ensem quo se interfecit. (Ipsa) Per se. (Concidit) Mortua est. Secundum fabulas Dido propter discessum Aeneæ se interfecit gladio, quem Aeneas reliquerat apud eam licet Serta. dicas quod secundum historiam, cum Larbas Didonem vxore petuisset, & illa negasset intulit bellum Carthagin, cuius minor, cum cogreretur a ciuiis petiij, ut ante placaret manes mariti, & ex dictata pyra se in ignem precipitauit, ob quam rem Didó id est Virago appellata est. nam proprie Elisa dicebatur, alij tamen dicunt eam, Didonem id est Viraginem dictam, quia dux fuit tot viris secum euntibus, & vrbem in alieno solo condidit, vnde Virg. de ea quasi per admirationem tanti animi, dixit, dux foemina facti.

A S C.

Q V A M bene conueniunt fato tua munera nostro) Aen. iiiij. ex persona Poëta contradicitur

In me crudelis non potes esse diu.
Aspicias vtinam quæ sit scribentis imago:
Scribimus: & gremio troicus ensis adest:
Perq; genas lachrymæ strictu labitur in ensem;
Qui iam pro lacrymis sanguine Tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera nostro:
Instruis impensa nostra sepulchra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora celo:
Ille locus saui vulnus amoris habet.
Anna soror, soror Anna meæ male cōscia culpe:
Iam dabitis in cineres vltima dona meos.
Nec consumpta rogis inscribar, Elisa Sichei:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.
Præbuit Aeneas & causam mortis, & ensem:
Ipsa suo Dido concedit vla manu.

dicitur. Non hoc quæ situm munus in usus. (Scriuntur telo) Significat se percussam telo amoris, & percutiendam à se telo letali. (Ille locus) Nocte hoc ex cogitauit poëta. Nam solei fontes puniri eriam in hac uita in his membris, quibus peccauerū, ut paraliti uentre. unde, ingre in ventrem calces, inquit Comicus. Vaniloqui in ore, sicut Ligur quidam apud Virg. Lubrici amatores, in oculis, ut in Eunuchopatet. Meticulosi, in pectoralibus, & apud Hom. Thersites sceptro contra pectora percussus. Amatrix ergo, quæ corde peccauit, cordé uultus susceptra est. (Anna sutor) Idem serè Aeneas repeteries, unde supersedeo.

IN VIII. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

Hemonio Monclai, et Helene filia suis hec ad nodum puerilla Tyndareo quo materno Oresti Agamemnonis filio & pueruli suo deponitata est. Menelaus vero eius pater, huins deponsionis signarius eam Pyrrho despondit huius ajedem a bello Troiano reuersus Oresti Hermonem rapuit, & eam per nim tenebat, cum illo mallem esse Orestis quam Pyrrhi uxori. quare Harmonie scribit ad Orestem haec epistolam, qua eum rogat, ut eam recipiat: Pyrrhus non patitur eam esse inuenientius apud Pyrrhum, & ita crudeliter tractari, adducit autem rationes plurimas quare id facere debet, & adducit ipsam Pyrrhuminodium & inuidiam Oresti & postremo aduertit se aut moriturā, aut uectryram incouingenti Orestis, quod quidem, assecuta est, nam Orestes interfectus Pyrrhi cunctamē recipit, & ut quibusdam placet, sociam in omnes casatione habuisse quæ Orestem filium suscepit.

HERMIONE ORESTI.

EPISTOLA VIII.

*Alloquor Hermione nuper fratremq; virum
Nunc fratrem: nomen coniugis alter habet.

YRRHVS Achilleides animosus imagine patris Inclusam contra iusque, piu que tenet.
Quod potui, renui, ne non in uita tenerer:

Cetera sciminet non ualuerē manus.
Quid facis Acacide? non sum sine uindice, dixi:
Hæc tibi sum domino Pyrrhe puerilla suo est.
Surdior ille freto clamantem nomen Orestis
Traxit inornatis in sua testa comis.

Quid grauius capta Lacedemone serua tulisse?
Si raperet graias barbara turba nurus?
Parcius Andromachen texauit Achaia uictrix
Cum Danaus Phrygias ueret ignis opes.
At tu, cura meis te pia tangit, Oreste
Iniice non timidas in tua iura manus.
An si quis rapiat stabulis armenta reclusis,



Chilleides) HVB.

Filius Achilleides ei autem, quam nos in Iolongam uertimus, nunc

*In aliis exemplarib. sit, genitio n. Achillei Achilleides fecit, non Achillides, licet etiam Achillides legi possit, dicitur autem & Achilles, & Achilleus in nominatio. Natus est autem Pyrrhus ex Achille, & Deidamia filia Lycomedis Regis Scyri insulæ, quo tempore Achilles apud eum sub puerili habitu educabatur. (Animosus) Audax, uel iracundus. (Imagine patris) Virgil. Instat ui patria Pyrrhus. (Cotra ius) Contra humanas leges. (Contra pium).i. contra religionem, & deorum institutum. nam pietas debetur deis. (Ne) Pro ut. (Quod potui,) Id est quantum potui. (Renui,) Id est recusavi. (Inuita) Contra uoluntatem. (Cetera) Præter renuere. (Forminex) Et ideo imbecilles. (Vinsondus,) Vel ultore, uel defensore, ut Lucanus de Pöpeio, vindicari, Senat. (Sub suo dño) Nō subre, quia,

H E R M I O N E

quia alterius iam sum dicata cō
nubio. (Surdior) Quia sicut ma
re non audit precautes, ita ille
multo minus audiebat me su
priadicta dicentem. (Claman
tem) Vocautem, quasi mihi au
xilio esse deberet. (Innotatis)
Solunis, & laceras. (Quid gra
uius) q.d. nihil, dicit se non esse
in deteriori conditio[n]e quam si
capta Lacedemone utbe sua fa
cta tulisset captiva. (Parcius)
Modelius, & nutius. (Vexavit)
Agitauit. (Vixtrix) Que iure ui
torie poterat esse feitor. (Cū
Danaus).i.cum Troia igne gre
co consumetur. (Phrygias
opes) Sic Virgil. Troianas ut
oper, erat. n. Troia ditissima re
gio. (Cura) Amor. (Inuice ma
nus) Verbum est iuris, dicetur
enim iniuste manus, qui nulla
inducis auctoritate expectata re
fibi debitam vindicat. Virg. 10.
Aen. Iuicere manus parce, te
lisque sacratunt Enandri. (In
tua iura).i.me uendicanda, que
sum tua. (An, si quis) Arguit a
minori ad maius, si.n. pugnat
pro armentis, multo magis pu
gnandum est pro uxore. (Lentus) Piger eris? q.d. non. (Si socer) Arguit ab exemplis. (Socer
Menelaus pater meus, socer tuus. (Nuptia) Hellene matris met uxoris suz. (Ademptus) Ra
ptus à Paride. (Forē).i.si suffit lensus, & non curasse repeteret eas armis. (Vt ante).i.s. suic
nuptia. (Non tu) Arguit a facilis, q. Orestes sine classe, & exercitu eam repeteret possit. (Mil
le) Virg. Non anni domuere detempiat nulli casine. (Ipsa).i.tu, & non aliis prote. (Sic)
.scutu classibus, & numero milium, si opus esset. (Nec virgo) Immo hunc istum. (Pro ca
ro totu).i.pro cara coniuge. (Quid? quod) Arguit uanca coniugij arietate, quod si sit cōiu
gii pollat Orestes tam repeteret, dicit eum tamen id facere debere iuste consanguinitatis
erant.u.O effos & Hermione patreles. i. nati ex duobus fratibus; & sic eisdem habebat
auum. (Atreus) Pater dicitur suis Agamēnonis patris Orestis, & Menai patris Hermio
nes, ergo auis erit utriusque. (Peleopeus) Filius Pelopis, possessorum pro patrono, nunc Pe
lops autem filius Tantalus genuit Atreum, & Thylem, Alteus Agamemnona, & Menelaū,
Thyestes siero ex Peleopea filia genuit Aegyptiū, qui posse adulteri fuit Clytemnestra. (Si)
Quāus erat frater. i.patri uelis, nā in hoc significato: epe ponitur, & frater, & sōr. (Vir).i.
tu maritus. (In statu officio tuo).i.urgente ita facere bina nomina. s. & mariti, & patruelis,
sive fratrī. (Me tibi) Probat, q. ei sit legitime nupta. (Tyndareus) Auis meus maternus, nā
pater fuit Helenz. (Grauis) Venerebilis, & dignus auctoritate. (Vita) Honestate uiuendi.
(Et annis) Quia iam senex. laudat autēm eum, ne foris sit obiciatur, quod temere, hoc sece
rit. (Arbitrium) Potestatem. (Neptis).i.mei, que nata sum ex eius filia. (Cū tibi) Alia ra
tio honesti matrimonii quod priuū nuptiū ipsi Oresti, cum nulli facerent iniuriā, nunc
autem dicit sesatūrā iniuriā Oresti, h̄ eo dimissū uo p̄ficit Pyrrho. (L̄sus) Iniuriā affe
ctus. (Et pater) Contra id, quod posset obici. s. Menelaum, qui cam Pyrrho promiserat, nō
esse

Arnia feras? raptā coniuge lensus eris?
Si socer exemplo nuptiā reperitor ademptus:
Cui pia militiā causa puella fuit.
Si socer ignavius vacua steriles in aula:
Nupta foret Paridi mater, vt ante fuit.
Non tu mille rates sinuosaq; vela parabis,
Nec numerum Danas militis ipse veni. (est,
Sic quoq; crām repēcēda tamē nec turpe marito
Vespera pro caro bellā tulisse toro.
Quid? quod auis nobis idem Peleopeus Atreus?
Et si non essem vir mihi, fratres eras.
Vir precor vxori, frater succurre sorori:
Instant officio no[n] ina bino tuo.
Me tibi Tyndareus vita gratus auctor, & annis
Tradidit: arbitrium neptis habebat auis.
At pater Acacida promiserat inscius acti:
Plus quoq; qui prior est ordine, possit auis:
Cum tibi nubebam: nulli mea teda nocebant:

Si iungat Pyrrho: tñ mīlī lāsūs eris,
Et pater ignolcet nostro Menelaus amoris:
Succubuit telis p̄fictis ipse Del.
Quem libi permisit geneto permittet amorem:
Proderit exemplo mater amata suo.

Piger eris? q.d. non. (Si socer) Arguit ab exemplis. (Socer
Menelaus pater meus, socer tuus. (Nuptia) Hellene matris met uxoris suz. (Ademptus) Ra
ptus à Paride. (Forē).i.si suffit lensus, & non curasse repeteret eas armis. (Vt ante).i.s. suic
nuptia. (Non tu) Arguit a facilis, q. Orestes sine classe, & exercitu eam repeteret possit. (Mil
le) Virg. Non anni domuere detempiat nulli casine. (Ipsa).i.tu, & non aliis prote. (Sic)
.scutu classibus, & numero milium, si opus esset. (Nec virgo) Immo hunc istum. (Pro ca
ro totu).i.pro cara coniuge. (Quid? quod) Arguit uanca coniugij arietate, quod si sit cōiu
gii pollat Orestes tam repeteret, dicit eum tamen id facere debere iuste consanguinitatis
erant.u.O effos & Hermione patreles. i. nati ex duobus fratibus; & sic eisdem habebat
auum. (Atreus) Pater dicitur suis Agamēnonis patris Orestis, & Menai patris Hermio
nes, ergo auis erit utriusque. (Peleopeus) Filius Pelopis, possessorum pro patrono, nunc Pe
lops autem filius Tantalus genuit Atreum, & Thylem, Alteus Agamemnona, & Menelaū,
Thyestes siero ex Peleopea filia genuit Aegyptiū, qui posse adulteri fuit Clytemnestra. (Si)
Quāus erat frater. i.patri uelis, nā in hoc significato: epe ponitur, & frater, & sōr. (Vir).i.
tu maritus. (In statu officio tuo).i.urgente ita facere bina nomina. s. & mariti, & patruelis,
sive fratrī. (Me tibi) Probat, q. ei sit legitime nupta. (Tyndareus) Auis meus maternus, nā
pater fuit Helenz. (Grauis) Venerebilis, & dignus auctoritate. (Vita) Honestate uiuendi.
(Et annis) Quia iam senex. laudat autēm eum, ne foris sit obiciatur, quod temere, hoc sece
rit. (Arbitrium) Potestatem. (Neptis).i.mei, que nata sum ex eius filia. (Cū tibi) Alia ra
tio honesti matrimonii quod priuū nuptiū ipsi Oresti, cum nulli facerent iniuriā, nunc
autem dicit sesatūrā iniuriā Oresti, h̄ eo dimissū uo p̄ficit Pyrrho. (L̄sus) Iniuriā affe
ctus. (Et pater) Contra id, quod posset obici. s. Menelaum, qui cam Pyrrho promiserat, nō
esse

* sedi
set

* conce
det

esse passurum, ut nubat Orestis. (Ignoscet) Dabit ueniā. (Succubuit) Vixus est. (Preperis Aletis, uel voluctis, ut Virg. Et ppteris omnia peona. (Deo) Cupidinis. (Genero) Tibi (Matre mea) Helena. (Suo expto) Quia quod propter eam fecit pater, licet tibi p̄g me facere.

* horū Tria virginis ora Diana. Triplici aut nultu depingebatur, quia ipsa est Luna in cœlo, Diana in terris, & filius, Proserpina apud inferos. (Arcana) Mytlica, quæ noctu celabrabantur. (Et si forte) i. p. istos Deos uestræ gentis. (Si forte) Aliquos habetis. (Meorum) Sociorum qui tecum sunt. (Effice me tuum) Fac me tibi deditum, & obligatum. (Meritis) Beneficiis tuis. (Quod si forte) Policeatur etiam ei Iason se perpetuo habiturum eam legitimatum uxorem. (Non deginare) Non spernis, & fastidis. (Virum) Maritum. (sed mihi) sunt, qui corrumpant hunc uersum non intelligentes: est autem legendus sic. (Sed mihi tam faciles unde meosq; deos?) Cauendum autem ne dicamus deosque meos: est autem sensus. (Sed unde deos tam faciles) Subaudi, sperne uel habeam? & un habeam deos. (Tam meos) i. c. obsequetes mihi? ita. n. solemus loqui, sperno te mihi beneficium, & meū, & est uetus inter politus, quasi per parenthēsim. (Spiritus) i. uita. (Ante uanescat) i. abibit. (In auras) i. ante moriar. (Qua illa sit meo) Nisi tu (Conscia) Cōfirmat promissionem suam per iuramentum, adducens lounouem testem. (Sie conscientia) i. certis. si huius meæ promissionis. (Præfecta) i. p. exposita, quia ipsa praetit nubentibus. sic supra Phyllis: lounouemque toris quæ presidet alma maritis. (Dea) Diana. (In æde) In templo, nam in singulari templi significat, in plurali domū. (Hec animū) Dicit, ex minima parte promissionum, quæ fecit Iason, se potuisse moueri, & impelli ad id, quod petebat. (H.ec) si q. à re sunt dicta. / Et quota pars) i. minima pars. (Possunt mouisse) i. flexisse, lib. tamen uetusti hñt mouere, quod quidem accipiēdum est præteriti tēporis sic, hec mouere. i. mouerunt animum pueræ simplicis, & quota pars posuunt. i. mouere, nam si infinitius sit primam corripit. (Simplicis) Credulæ, ut supra. Simplicitas digna fauore fuit. (Iūta) s. in pignus fidei. (Pars fraudis in illis) i. eu & ipsæ sciunt fallere? sic Phyllis supra. Credimus lacrymis, an & hæ simulare docetur? Ha quoq; hñt artes, quaq; iubentur eūt.

A S C. PER triplices uultus) Acn. 4. Tria virginis ora Diana. Scru. dixit eandem esse quæ Luna in cœlo, Diana in filiis, & Proserpina apud inferos dicitur, unde tri uultus habere prædicatur propter triplicem potestatem, quæ numinis sere conceditur & significatur in Ioue per fulmen trisulcum, in Neptuno per tridentem, & in Plutone per Cerberum canē tricipitē. (Aui cuncta uidetis) s. filii, a notatio au^o. (Effice me tuū) i. tibi obnoxium. (Sed mihi) Pulcherrima retinacia pudoris, & amoris plena, q. d. Si audere me tibi offerre maritum, & uelis hæ uirū Pelasgū, nou est in terris, quæ tibi præferrē. (Sed unde sup. inueniam. Horat. ser. 2. Vnde

Perdere posse sat est, si quem iuuat ista potestas: Sed tibi seruatus gloria maior ero. Pe: mala nostra p̄cor, quorū potes esse leuamē: Per genus, & numen cuncta uidentis aui: Per triplices uultus, arcanaque sacra Diana, Et si forte aliquo gens habet ista deos: O uirgo misere mei: miserere meorum. Effice me meritis tempus in omne tuum. Quod si forte uirum non deginare pelasgum: (Sed mihi tam faciles unde deosque meos?) Spiritus ante meus tenues uanescat in auras: Quam thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo. Conscia fit Iuno sacris præfecta maritis: Et dea, marmorea cuius in æde sumus. Hec animū, & quota pars etiā mouere pueræ. Simplicis: & dextræ dextera iuncta meæ. Vidi etiā lacrymas: an & est pars fraudis in illis?

Vnde mihi lapidem. Aut nanciscar. (Deos tam faciles). i. qui, tam cito faciat, quod optem.
 (Et tam meos). i. mihi tam fauorabiles, q.d. maius est id bonum, q. ut optare audeat. Si tamen ita
 esset, Spiritus ante meus temnes uanescat in auras: Quā thalamo nisi tu, nupta sit ulla meo.
 (Iuno sacris p̄fēcta maritis). i. pronuba. Virg. 4. Aen. Iunoni ante oēs, cui uincula iugalia
 cura. (Et quota) q.d. etiā minima. (An & est pars fraudis in illis) Sic Phyllis. Credidimus
 lacrymis, an & h̄e simulare docentur? H̄e quoque habent artes, quaque iubentur, eunt.

Sic cito sum uerbis capta puella tuis.

Iungis & aripedes inadusto corpore tauros:
 Et solidam iulso uomere findis humum.

Arua uenenatis pro semine dentibus imples:
 Nascitur & glad. os, scutaq. e miles habens.
 Ipsa ego, quæ dederā medicamina, pallida sedi:
 Cum uidi subitos arma tenere uiros:

Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres
 In se constrictas conseruere manus.

Pē: uigil ecce draco squamis crepitatibus horreñ
 Sibilat: & torto pectore uerit humum.

Dotis opes vbi erat? ubi erat tunica regia cōiux.
 Quiq; maris gemini distinet Isthmos aquas?
 Illa ego, quæ tibi sum nunc deniq; barbara facta,
 Nunc tibi sum pauper, nunc tibi uisa nocens:
 Flammea subduxi medicato lumina somno:
 Et tibi, quæ raperes, uellera tuta dedi.
 Proditus est genitor: regnū, patriamq; reliqui:
 Munus, in exilio * quod licet esse, tuli.

Virginitas facta est peregrini præda latronis:

H V B.

C apta Decepta. (Sic sum)

C um iurasse p̄ Iunone, & Diana, & iuxtissimæ dexteræ meæ, & addidissimæ lacrymas. (Iungis) Dicit quem admodum imploratus auxilio & imperato, op̄le Iason incepit facere, que supra memorauit ei suisse facienda, cum dixit. (Dixerat interea tibi rex &c. (Inadusto) Vel ualde usto, uel non usto, quia licet semper efflarent ignem, nunquam tamen eo igne uebatur. (Solidam) Duram. (Pro semine) Id est loco seminis, ita enim sparrit Iason dentes serpentis, sic spargit serpentes. (Cladios) id est enses. (Ipsa ego) Habere emphasm, uile au tem intelligere. quanto magis tu, & reliqui debuitis timere? (Pallida) Timida, consequens pro antecedenti. Luc. Ipsaque inexpertis quod primum fecerat herbis, Expauit Medea ne-
 fas. (Subito, id est subito natos, * quodlibet

ra. (Facinus) id est factum. (Conseruere) Commouere. (Constrictas) i. strictis, hoc est nudis ensibus armatas. (Ecce) Māgnum, & improuisum aliquid significat. (Crepitantibus) Resonantibus. (Horrens) Asper. sunt enim serpentes squamiferi. Virg. Ter collos quamea circum Terga dati, (Sibylat) Proprie dixit de serpente. e. Virg. Sibylam lambebat linguis vibratibus ora. (Torro) Obliquo, sinuoso. (Dotis opes) Medea ita amplificat beneficium suū, ut doti id antequat. (Vbi erant) q.d. nou querebas tunc dotem cum solū de salute tibi cogitandū putares. (Regia). i. regi sanguine creata, ut nunc iactas esse ista tuam. (Isthmos) Subaudi, ubi erat? id est Corinthus, que est in Isthmo dixi in epist. Herm. super eum locū. Qua duor rectus longe freta distinet Isthmos, & in epist. Phedræ super eum locum. Aequora bina suis oppugnant flutibus Isthmo. (Distinet) Diuidit. (Gemini) Ut supra, Hic Ephirembimare. (Illa ego) Dicit te fuisse, quæ ei rot, & tanta pericula ademerit. (Nūc de nique) Nam tunc non tibi uidear barbara, nec spernenda, cum a me opena expereres. (Nūc tibi sum pauper) Subaudi, ego illa. (Quæ nunc tibi). i. iudicio tuo. (Sū uisa). i. purata. (Nōcens) scelerata, uenebita. (Subduxi) i. remoui. (Flammea) Ignea habet. n. serpentes oculos lucentes in modum ignis. Ouid. in 3. Met. de serpente, quem Cadmus interfecit. Igne micant oculi. (Medicato). i. medicamine quodam uicto. (Quæ raperes) i. quæ rapere posse. (Tuta). i. tu tutus, & sine periculo salutis tuz. (Proditus) Deceptor. (Munus quodlibet) Ita quidam legunt: ut sit. ego tuli esse quodlibet munus in exilio: placet tamen magis, ut legatur

M E D E A

legatur, quod licet, & tunc erit sensus magis exprobans ingratitudinem Iasonis sic ego pro supradictis habui hanc remunerationem, quod licet mihi esse in exilio. (Tuli) i.accepi. (Virginitatis) Mea. (Præda) Rapina. (Latronis) Prædonis. s.cui Iasonis, quia non ut maritus te gesisti, sed ut prædo.

A S C. IVN G I S & xripedes &c.) Docet quæ beneficio suo peregerit. (Corpo inadusto) i.non adusto, sed illæ ab igne, quem naribus efflabant. (Facinus miserabile) Acclamatio, m̄r̄t̄ habens, q.d. indignum esse illos perisse, ut perfidus saluetur. (Dotis opes ubi erant?) q.d. nisi meis tunc operibus adiutus fuisses, nunquam ad regnum aspirasses. (Somno me) i.per medicamentum inducto in serpentem.

H V B. **S**Oror) s.me Chalciope. (Cum matre) s.Idya, ita enim teste Hesiodo vocata est ma ter Medex, licet qdā dicat filiam fuisse Aeetæ, & Hypsæ, & Dio. dicit fuisse filiam Aeeta ex Hecate. (At non te) Fratrem Absyrtum a se interfectum dolet, dicit ergo. (O germane) Absyrtæ. (Ego fugient) De patria. (Nō reliqui te sine me) Nam Medea eum secum dixit, & cum pater eam insequieretur, dilacerato fra ere, & membris iuvarii locis sparsis (ut alibi diximus) patre remorata est. (Littera) Epistola. (V no) id est solo. (Deficit) Non habet animum, quia ex omnibus, quæ pro te seci, hoc unum est, quod nō audeo scribere. (Sic) sicut frater dilaceratus est à me. (Sed tecum) Quia etiam tu meruissi. (Quid euim timorem post illa) Nam qui maiora ausus est, nō timet mi noria, dicit igitur. (Ego fæmina, & iam nocens) Duo ponit, quæ nauigationem timere solent fæmineus sexus timidus esse, cōfineuit. (Fæmina, q.d. naturaliter timida. (Ia nocens) Quæ iam admiseram scelus fraternalē cedis, ex mala n.conscientia solent magis timeri pericula. Iuuen. Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent. (Non extimui credere) Non uerita sum cōmittere me pelago. (Quid n.) Parenthesis est. (Numen) s.Dianæ lēfz. (Dii) s. omnes, per quos tu peierasti. (Vbi) s.funi qui nos puniunt inter nauigādū. (Subeamus) s. ambo, hoc est ego, & tu est autē prolepsis. (Tu) s. sub eas. (Pœnas fraudis) Quia me decepsi. (Et ego pœnas credulitatis) i.ego puniar. quia tibi nimium facile credidi, cauedum ut legatur crudelitatis, nam ratio inetri nullo pacto exigit, de enim syllaba secunda eius dictiōnis longa naturaliter est quam nō licet breuiari. (Symplegades) Dicit quod uellet se fuisse comprehensam, & elisam inter symplegades, sunt autem symplegades scopuli duo in Bosphoro Thracio, quos aliquando cōcūrriile poëta finixerunt, sortas pp opinionem, quam metus nauigantium fecit, nam cum loca ita sine angusta ut sinus, non transitus procul uisentibus videbantur, ob metum arbitrati sunt sciungi scopulus, qui antea iuncti videbantur, credideruntque cum euntibus inter se axis quæ disiuncta interdum videbantur so lida absumi, intercipique nauigia dicuntur autem à συνάλιτω. i.cōcūtio dicuntur etiā à grecis οὐρδοπέδες, i.concurrentes, inde & Iuuen. & concurrentia sexa, Cyaneas dicuntur & Cyanæ. i.nigræ, nam νύσσα, nigrum significat inter hæc sexa Iason eudo in Colcho, & redeundo cum magnodiscrimine transisse diciuntur. Luc.lib.1. Vt Pagasea ratis petret cum Phasidios undas, Cyaneas tellus emisit in sequora cantes. Rupta puppe minor subducta est montibus argo: Vanaque percussit pontum Symplegas inanæ: Et flatura redit, dicit igitur Me utinam suissemus compressi, & interfecti inter Symplegadas, cū transiūmus per eas. (E. Tent) i.compressissimenter. (Adhæcerent tuis) i.utinam ambo simul suissemus collisi, & confracti

confacti. ita ut ossa mea fuissent coniuncta ossibus tuis. (Scilla) In mari siculo, nautæ magis pelagi desidentis vorticibus territi vndas (vt Iust. scr.) latrare putauerunt, quas sorbetis & stus vorago colligit. Hinc fabulæ Scyllam, & Charibdim peperere, hinc latratus auditos, hinc monstri credita simulacra. Hanc autem Scyllam Phorc & Cratæidos nymphæ filiam servunt, quam cum amaret Glauces deus marinus, cuius amore Circe tenebatur, quoniam ipse eam sperneret illa irata fonte, quo Scylla se abluere solebat, venenis quibusdam infecta, in quem cum illa descendisset, pube tenus in feras, hoc est marinos canes mutata fertur, quæ transcutibus nauibus periculosisima esse fertur, de qua nunc intelligit. Altera fuit filia Nisi Megareum regis, quæ Minœ patriam suam Megara obsidet eum amore capta est, cumque Nilius eius patet purpureum comam ita consecratam haberet, ut quod illa intactam teneret, patria potiretur, neque ab illo ei imperium auferri posset. Scylla ut hosti, quæ amabat, placaret, comam patris clam obsecdit, & patrem, patriamque ei prodidit quæ postea cum ab eo præter spem sperne retur, dolore in aem conuerfa est, pater quoque; Nilus deorum miseratione in auis formam & ipsæ mutatus est. Hæ volucres pectus inter se gerunt inimicitias, ut ostendit. Virgil. in Georg. Aduentum est tamen, quod hæc Scylla Nisi interdu pro mostro maris a poetis ponitur, ut à Virg. in Buc. Quid loquar aut Scylla Nisi &c. item ab Ovid. in lib. 2. de Rem. Preterita causa Niseide nauita gaudet. Ait ergo. (Aut Scylla rapax vero?) Quæ naues in se rapit. (Canibus) pp fabulam, ut diximus. sic Virg. in Buc. Ah timidos nautas canibus lacerales marinis.

D E F I C I T hoc vno, q.d. id perscribere nequeo, quo fratem saltem discerpserim. sic **A S C .**
6. Aen. Ter patre cecidere manus &c. (Credere me pelago) Id Iuuen. Sat. 6. Late docet sequimus videlicet, amatores, ac metchos sequentes nihil vereri mariis tempestatæ. (Symplega des elisi Tenui) spoula: eus versus pôdus in sensu hanc. Nam in grauiori exitio optamus minus.

Debuit ingratis Scylla nocere viris.
Quæcumque vomit totidem fluctus, totidemque resorbet:
Nos quoque; Tinacriae supposuisse aquæ.
Sospes ad Hæmonias, victorique; reueteris vrbes?
Ponitur ad patrios aurea lana deos:
Quid referam Peliaæ natas pietate nocentes?
Celsaque virginea membra paterna manu?
Vt culpent alii, tibi me laudare necesse est:
Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Aulus es o (iusto de sunt sua verba dolori)
Aulus es Aesonias dicere cede domo.
Iussu, domo cessi natis comitata duobus,
Et, qui me sequitur semper, amore tui.
At subito nostras ut Hymen cantatus ad auræ

trios). i. Thessalicos, tanquam monumentum victoriae. (Qui id referam) Commemoratus aliud suum erga Iasonem beneficium, quia in eius gratiam perlungit filiabus. (Peliaæ) Vt patrem iungularent, pollicita se reducituram eum ad extatim iuueni: q. sed cum illa fecissent; Medea mortuum eum reliquit, quia faciebat ab eo non amari Iasonem. (Noctentes pietate) Quia non interfecerunt patrem, nisi propter pietatem, ut si ei prodeſſent. (Pietate) Nimio amore erga patrem (Celsa) Incisa, lacrata, Virginea Puellaris, hanc fabulæ scr. ple. Ovid. lib. 6. Met. (Vt) id est quiuis. (Alij culpent). i. dñm ea, quæ feci. (Tibi est nec esse laudare me) Quia tu amore cōpulsus es feci. (Pro quo) i. causa cuius (Aulus es) Ostendit ingratitudinem Iasonis, q. post rata beneficia ipsam Medeam ab se eijcere ausus est. (O iusto parenthesis est, q.d. non possum exprimere dolore, quem cocepisti. (Aulus es) Cōduplicatio est. (Cede) Abi. (Aesonias) Patris meæ

H V B .
Ebuit) quia & ipsa aliqui in ter amates fuit. Charybdis ut Ser. scri. mulier fuit voracissima, quæ quia Herculi boues rapuit, a Ioue fulminata est & in mare precipitata, vñ natura prestatu nã seruat, nã forber vniuersa & secundu Sal. ea circu litus Tauro minitanu egerit. de his duobus peculis Virgil. in Aen. Dextrum Scylla latus leuū implicata Charybdis Obsidet. (Supposuisse) Submersifler. (Nos quoque; Sicut & alia omnia. (Tinacriae). i. Siciliæ nã, ut diximus, Sicilia est, quæ Tinacria dicitur. (Sospes) Incolumis. (Et y.) Cōpos voti, quia potius es aureo vellere. (Hæmonias) Thessalicas. (Ad deos patribus non stras men.

M E D E A

mei Aesonis. Nam vt supra diximus, in arguni. Iason spontaneum diuortium Medex persuadere conatus est. (Iulia). s.a te. (Cessi) Abi, discessi. (Duobus natis) Quos ex te suscepisti. (Et amore tui) Subaudi comitatu. (Qui) s.amor. (Semper sequitur me). i. q. nunquam mede relinquit. (At subito) Corrigendus est hic texsus, vt sensus, & ratio metri constet, nam sic le gendum est. At subito nostras vt Hymen cantatus ad aures. (Veni &c.) Sensus est, at post quam audiui carmina vestra nuptialia, vobis quidem socialia, sed mihi funebria, pertimui. pendet enim ordo vsque ad hunc locum. est autem talis. (At) Pertimui. (Vt). i. postquam. (Hymen cantatus). i. cantibus celebratus. nam vt alibi diximus, inuocabatur in nuptijs, vt vulgus hymen hymenee, vocant, hymenex frequenter.

A S C.

D E B V T ingratis Scylla nocere viris) Qui & Glaucus illi ingratus fuerat. (Quae que viris) Caryb. i. vtrraq; autem est in mari Siculo. (Sospes ad Hem.) Reuersum in patriam Iasonem videlicet. (Thestaliam) Quam non recte tunc vocaset Thestaliam, nondum enim sic dicta erat, sed postmodum a Thestalo communis Iasonis, ac Medex filio. Exprobrit Medea propter ingratitudinem eius, vocat ergo Hemonias vrbes Thessalicas, ab Hemonia enim rege dicta est Thessalia, prius Hemonia. (Aurea laua) Aureum vellus. (Quid referam Peliz, q.d. etiam suauis meo compulsa sunt filii Peliz patrem occidere, putates se picum eo acturas, hoc est ipsum ad iuuentam etatem renouaturas. id autem suali Med. in vitionem quia Iasonis fratres, & (vt quidam asserunt) patrem occidi fecerat Pelias. (Nocentes ergo pietate) Quia putabant se rem piam acturas. (Hymen can.). i. carmē nuptiale, quod epithalamium dicitur, accipimus enim nomina deorum pro rebus, quibus præsunt.

H V B.

L Ampades) Faces nuptiales. (Micant) splendet. (Tibiaque) Tibiae adhibebantur nuptijs: Tuba vero funeribus. Persius, hinc tuba candelz &c. (Tibiaque). s. postquam. Effudit) Emisit. (Carmina socialia vobis). i. tibi, & vxorit ux præbenitia lignum societas. i. matrimonijs. (At mihi) scilicet effudit carmina. (Flebiliora) id est tristiora. (Tuba funesta). i. quæ funeribus adhiberi solet, vt supra diximus, nam erat etiam militaris tuba ad acuendos animos militum ad pugnam. (Tantum scelus) Ut legitime duceres illam. (Frigus) id est timor. (Turba ruunt) Synthesis est in numero. (Ruunt) Properat. (Hymenex) hic legedium est in vocatio, non autem Hymenex: quia nulla ratione potest talis accusatiuus reperi, faceret enim vel latine Hymeuxum, vel græce Hymeneon, vt alibi diximus. (Quo) Quanto. (Hoc) id est tanto. (Pecius erat) id est magis angebar. (Diverbi). i. in diuerbi locis domus. (Tegebant) Non enim audebant clare stire. (Quis) q.d. nullus, quia malarum rerum iuicij esse debemus. (Iuuabat) i. placebat mihi iguora re. (Tantum id est quæsi suissem plene instructa, & scirem te vxorem ducere. (Minor) s. natu

Venit: & accenso lampades igne micant; Tibiaque effudit socialia carmina, vobis, At mihi, funesta flebiliora tuba: Pertimui: nec adhuc tatum scelus esse putabam: Sed tamen toto pectore frigus erat. (tat.) Turba ruunt: & hymenæ clamat, hymenæ frequenter. Quò propior vox est: hoc mihi peius erat. Diuersi flebant serui: lacrymasque tegebant. Quis vellet tanti nuncius esse malis? Me quoq; quidqd erat, potius nescire iuuabat: Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat. Cum minor è pueris iuifsu, studioque videndi Constitut ad geminæ limina prima foris. Hinc mihi, mater abi, pompā pater, inquit, Iason Dicit: & adiunctos aureos vrget equos. Protinus abscessa planxi mea pectora veste: Tuta nec à digitis ora fuere meis. Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ: * Sertaq; compositis demere raptam' comis. Vix me continui, quin sic laniata capillos Clamarem, meus est: iniiceremque manus.

natu, & xitate. (E pueris) Ex duobus filius nostris. (Iussu) Mandato meo. (Studio). i. cupidi-
tate, quia pueri cupidi sunt videre omnia noua. (Gemiuz) i. duplices. Ouid. in Am. Medu-
plices occulere forcis. (Foris) Genitius est hoc loco singularis. (Constitit. s. vt viseret,
quid fieret. (Hinc) Ex limine domus. (Mater abi) Verba pueri ad Medeam. (Pompa) i. nu-
ptiale triumphum & apparatum. (Aureus) i. vestibus aureis indutus. (Vrget) i. premit.
(Equos adiu.) i. vehitur currus, & ducitur ab equis. (Protinus) Statim auditis illis verbis.
(Planxi) i. percussi. (Abscissa) Lacerata (Nec sueta tuta) Quia dilacerata sunt. (Animus)
Voluntas, impetus animi. (Suadebat) s. mihi. (Ire in agni) i. ire in medium multitudinem,
qua circum te, & spousam tuam erat. (Et demere) i. auferre. (Rapta) Coronas quas habe-
bat sponsa tua. (Compositis) Ornatis. (Laniata cap.) s. meos. (Sic) i. ita lacerata, & squalli-
da. (Quin) i. vt non. (Meus est) s. maritus Iason. (Inijceremque ma.) i. euni mihi caperet,
& mihi debitum ipsam vendicarem. diximus supra de iniectione manus in epist o. Orestis,
cum exposuimus, Inijce non timida in tua iura manus.

- H Y M E N clauante). i. repetuit hauc vocem Hymen dicentes, Hymen, o Hymenre, o A S C.
Hymenre, vt est apud Catul. & locutus est, sicut in Euigilio, Vocatis, me Magister, & Do-
mine. (Hymen) s. festa, aut gaudia, aut carmine, aut alia ad legitimas nuptias pertinentia. est enim adiectuum Hymenaeus, um, sed ponitur hic substantiae verum Deus ipse e-
tiam Hymenaeus dicitur, nam grece Hymen dicitur membrana, seu pellicula virginalis clau-
stri. (Putatur ramen) Hymenaeus fuisse vir quidam Atheniensis, defensor virginum in bel-
lo, ita vt eius praefidio ad legitimas nuptias peruenierent, vnde eius nomē in nuptijs faustis,
& legitimis frequenterabat, quamuis nou desint, quam Veneris, & Bacchi filii putant. apud
Romanos aucten Talassio vocatur nupciale carmen, quia Talassio clamitando seruata est in
capitu Sabinarum egregia puelle virginitas, vt docet Plu. lib. i. (Quo) i. quanto. (Propior)
i. vicino vox est. (Hoc) i. tato. (Peius) i. molestius erat mihi. (Qui vellit) q. d. nullus. (Au-
ten) Pulcher aut auro ornatus. (Laniata capillos) i. habens capillos laniatos, & discisos.

Leſla pater gaude: Colchi gaudete relicti:
Inferas vimbræ fratris habete mei:
Deseror, amisis, regno, patriaque, domoque,
Coniuge: qui nobis omnia soles erat.
Serpentes igitur potui, taurosque furentes,
Vnum non potui perdomuisse virum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes:
Non valeo flamas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus * artes, herbae que relinquunt.
Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies: noctes vigilantur amara:
Nec tener in misero pectori somnus adeat.
Quæ me non possum, potui sopire draconem:
Vtilior cuius, quam mihi, cura mea est.
Quos ego seruau, pellex amplectitur artus;
Et nostri fructus illa labo:is habet.

dua derelinquer. / Regno, patriaque, domoque amissis, &c.) Synthesis est. (Coniuge) scilicet
amisso. (Qui solus erat omnia) Quam omnia amissa ex quo animo cerebam, dummodo
eum habere, sic Briseis ad Achillem. Tot tantum amissis te compensauimus unum. Tu do-
minus, tu uir, tu mihi frater eras. (Serpentes igitur) Conqueritur, quod potuerit domare
serpentes, & tauros, & non potuerit domare Ialona, & in amore suo retinere. (Vnum) id est
soluna

Laſe pater) Conuerit ser- H V. B.
mouem ad eos, quos videtur
laſile, dicens, nunc factam esse
coruni uindictam. (Leſe) s. à me
(Colchi) Populi regioni mex.
(O umbre fratris) Quæ ego cru-
deliter interfeci. / Habete inferias
ideſt estote placare, & habe-
te uobis factas inferias ex malis
meis existimabantur enim fieri
inferia mortuis id est sacra quo-
ties eorum inimici, uel hostes *herba-
que ar-
tesque.
Totidem quos educat Vsens Vi-
uentis rapit inferias. & Pyrrhus
apud Ouidius. Placer Achilleos
mactata Polyxena manes. sunt
eum inferis sacra mortuorum.
(Deseror) Ecce quomodo ei se-
rantur inferis. (Deseror) Vi-
tia
-

M E D E A

solum. s. te. (Quæque) Due sunt distinctiones. i. & ego, quæ. (Pepuli). i. remoui. populi autem le-
gendum est non repuli. Nā post re geminatur conlonans in tribus p. reteritis, reppuli, re-
peti, retulsi, in reliquis seruat natura presentibus. (Medicatibus). i. medicam inibus, ab eo,
quæ est, hic medicatus quarta declinationis. (Flamas). i. ignes amoris. (Cantus) In can-
tiones. (Herbeque) Vires herbarum (Artesque). s. magice. (Dea). s. Diana. (Sacra Hecates)
s. Proserpinæ. Diodorus, tamen scribit, Hecatem filiam fuisse Perse, fratri Aeëta viri cru-
delissimi, quæ audacia, & immanitate parrem superauit, que cum ad venena mortisferre suna-
mum studium impendisset, prima aconitum inuenit, vim, naturamq; cuiusq; veneni in ci-
bis, quos aduenis dabat, ex parte his rebus admodum edo. & a veneno patrem sustulit, deinde
regno assumptum templum Diana statuit, cui nauigantes hospites sacrificabat, existimans eæ
cruelitate suum nomen clarius futurum, ex hac & Aeëta patruo, vult Diod. uatam Medeæ,
Circem, & Aegialeū, sed de matre Idya, de qua supra diximus, certior est opinio. ergo He-
catem intelligamus Proserpinam, quæ omnibus magicis praefesse dicitur, quam, & ipsa Me-
deæ. Met. inuocasse dicitur his verbis. Tuq; triceps Hecate, quæ ceptis cōscia nostris, Adiu-
trixq; venis. & supradicto loco. Statuitque aras e cespite bias, Dexteriore Hecates, at lœua
parte Iuuentu, & item, Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras, ex quo ostēdit eam Medeæ
pro numine cultam fuisse. (Sacra) Quæ facio, ut tuum animum flestat ita ipse loco supradic-
to. Haud procul egesta scrobibus rullere duabus Sacra facit &c. (Nil agunt) i. nil profunt.
(Non grata). i. non iucunda. (Amaræ) Acerbx, plenæ Anxietatis. (Somnus) i. sopor. (Misera-
ram). s. me. i. nec dormio. (Quæ) s. ego. (Non possumi me). s. sopire. i. dormire facere. (Draco-
nem) Peruigilem. (Cura) Diligentia, ars est. / Pellex) Concubina. (Quos ergo seruauit), s.
à morte. (Fructus) Utilitatem translatio est sumpta, vel à terra, vel ab arboribus.

A S C E N S I V S.

A S C. LAESE pater &c.) Docet se iustas dare pœnas patri, & Colchis, alijsq; quas amore Ia-
sonis offendere. (Habere inferias). i. sacrificia, quæ inferis siebant occisione facta, quam in-
seri nimur gaudent. (Coniuge, qui) Qua proper ipsum cetera dereliquerat. (Quæ se-
ro repuli) Vnum p. posuit, vt dactylus sit, nam vsu mulitorum repulit, habet, nec staret
hic versus, si repulit ponatur. (Doctis medicatibus). i. per medicamentum doctorum, aut
medicamentis docte adhibitis. (Sacra Hecates) Quæ magicis artibus praest. (Mea cura)
Non accipitur hic pro sollicitudine, sed quasi pro curatioue, & Medela, quam curamus mor-
bos, nō qua torquemus, & vrimus corda. (Cuius) id est cuilibet alteri. (Pellex græcum est,
licet à pellendo quidam deductum putent).

H V B. F orsitæ) communis est su-
spicio vxorum de maritis,
quod de eis apud amicas maledi-
cant, vt alibi diximus. (Iacta-
re) Ostentare, laudare. (Apa)
Conuenientia, scilicet de virtutis
vxoris tux, quæ vt est iniusta,
ita libenter audiet. (In faciem
moresque meos) id est maledicis
de pulchritudine, & moribus me-
is. (Noua) Inaudita. (Figis)
Comiseris mentiris. (Ride-
at) Pro ridebit. (Rideat) Hæc
concedentis est per indignatio-
nem. & subauditur, licet. (Subli-

Forsitan & stulta dum te iactare maritæ
Quæreris: & iniustis auribus apta loqui:
In faciem, moresque meos noua crimina singis.
Rideat: & vitiis lœta sit illa meis.
Rideat: & tyrio iacent sublimis in ostro:
Flebit: & ardores vineat adusta meos.
Dù ferrum, flâmaq; aderunt, succusq; veneni:
Hostis Medeæ nullus inultus erit.
Quod si forte preces præcordia ferrea tangunt:
Nunc animis audi verba minora meis.
Nam tibi sum suppplex: quod tu mihi s̄aþe fuisti:
Nec

Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
 Si tibi sunt uilis: communes respice natos:
 Scuici in partus dira nouerca meos.
 Et nimium similes tibi sunt: & imagine tangor:
 Et, quoties nideo, lumina nostra madent.
 Per superos oro, per aurata lumina flammæ,
 Per meritum, & natos pignora nostra duos:
 Redde torum: pro quo tot res insana reliqui:
 Adde fidem dictis: auxiliumque refer.
 Non ego te imploro contra taurosq; uirosq; que:
 Utque tua serpens uicta quicscat ope:
 Te peto: quem incrui: quem nobis ipse dedisti:
 Cum quo sum pariter facta parente parens:
 Dos ubi sit, quæ: i: campo numerauimus illo:
 Qui tibi laturo uellus, arandus erat.
 Aureus ille aries uillo spectabilis aureo,
 Dos mea: quam dicam si tibi, redde, neges.
 Dos mea, tu suspes: dos est mea, graia iuuentus:
 I nunc, Sisyphias improbe confer opes.
 Quod niuis: qd habes nuptā, sacerumq; potētē,
 Hoc ipsum, ingratus cōd potes esse: meum est.
 Quos equidē actuū, sed quid prædicere pañā
 Attinet? ingentes parturit ira minas.
 Quò feret ira, sequar: facti fortasse pigebit:
 Et piget insido consuluisse uiro.
 Viderit ista Deus: qui nunc mea pectora uerat:
 Nescio quid certe mens mea maius agit.

tem dixit, quia Dicunt Solem esse igneum. (Meritum) Beneficium, quod tibi præstisti. (Pignora) Quia filii sunt pignora matrimonii. (Torum) Ius tori. i. matrimonium. (Infana) i. amore deniens. (Tot res) Patrem patriam, matrem, & sororem. (Adde fidem dictis) i. fac, ut dicta tua seruentur, & fidem habeant. (Refer) id est redde, sicut ego dedi, quod est iustissimum. (Non ego) Dicit se præstissime auxiliu in maiori re, quam ipsa perat. (Imploro) Iuuoco. (Contra tauros) sicut tu implorasti meum. (Quiescat) Dormiat. (Victa) sopita, norandum est posuisse serpentem feminino genere, sicut, & iuueina. Et mouisse caput uisa est argentea serpens, nam utrisque generis. Ipse dediti id est tu propria uoluntate sponte. (Cum quo pariter sum facta parente) id est ex quo suscepisti filios. (Dos ubi) Respondebit obiectio, quæ posset fieri de dote. (Campo) Ecce responsio. (Numerauimus) s. dotem. (Qui erat arandus) Ut seminar deentes serpentis. (Tibi laturo,) Id est ablatur. (Vellus) i. lanam auream, & est sensus accepisti à me domet magnam cum taurorum ferocitas per me compressta est, & ira terrigenarum, & denique cum abstulisti uellus aureum, iam cum id per me habueris, est dos mea. (Spectabilis) Pulcher. (Villo) Pilo, & lana. (Quam) Dotem. (Neges,) Id est nolis mihi reddere. (Tu suspes,) Id est uita tua præseruata est dos mea. Graia iuuentus,) Id est omnes socii tui per me seruati sunt. (Improbœ) Perinde. (In nunc) Irratio est. (Confer) id est compara. (Opes Sisyphias). i. opes Creonis

M E D E A

etis filii Sisyphi. Sisyphias autem contumeliose dixit, quoniam constat eum fuisse latronem, qui suis latrocinijs maximas opes cumulauit, quarum heres fuit Creon. (Quod uiuis). i. quod habes uitam. (Nuptia). s. Creusam. (Socerum) Creontem. (Potentem) Diuitem. (Quod potes esse in gratius, est meum). i. beneficium meum, quia nisi ego essem ne ingratis quidem esse posset, quia iam non uiueres. (Quos). s. te, & uxorem tuam, & socerum. (Actum) Vna est dictio, & significat statim, cito, & est eclipsis, deest enim, uerbū, subauditur enim punia, sicut apud Virg. lib. 1. Aen. Quos ego, sed motos praefatar componere fluctus, conuenit enim talis sermo menti irata. (Sed quid attinet) Quid opus est? quid pertinet? (Prædicere) Multo ante minari. (Penam) Quam sum sumptuosa. (Parturit) Cōcipit, generat. (Sequar quo ira feret) i. faciam id, quod ira suadebit (Facti fortasse pigebit) Terret ipsum Iasona dicens se esse satruram id, cuius fortasse postea eam pigebit, ex quo ostendit id futurum, & magnum, & crudelis. (Et piger) Est sensus. Si pi. fa. pigate, quia etiam piger me. (Consuluisse). i. profuisse, & rem utilem fecisse. (Viro insido). i. tribi, quia non seruasti mihi fidem. (Viderit) p. uidetur, q. d. ego non curio. (Qui uersat mea peccata) i. qui immittit mihi in animum tam diras cogitationes. (Nescio quid maius) Pro nescio quid magnum, & terribile. Exitus rei fuit, quod cum Iason nequam precibus, & uestibus Medeas flexus esset, sed ei iussisset, tu ex urbe statim discederet (erat enim ut diximus, Corinthi) illa à Creonte imperavit unius diei dilationem, ut recederet, & interim noctu regiam clami ingressa quibusdam medicamentis immutata facie, ne cognosceretur, domum incendit quadam radice à Circè inuenta, quæ eam uim habebat, ut iucens ignis nequirit extingui. repente conflagrante regia Iasonem exiliu esse scrunt. Creontem uero, & Glaucom, sine Creusam igne absumentos. Alii dicunt Medeas filios dona quædam ueuis illata sponte attulisse ad Creusem, quæ cum illa corpori applicuisset, incidit in morbum, & cum pater filii auxilium ferre uolens eius corpori hæsisset, uestigio expirauit, ita de hac re uaria est opinio. Medea ubi cognovit Iasonem flammis euasisse, ultionem in tenta, & animum ad mortem filiorum in patris calamitatem adiecit, & omnes uno excepero, qui ausugit, ingulauit, eorumque corpora sepeluit in Iunonis templo. Deinde fidissimis fugi socijs assumentis nocte ex Corintho fugiens Thebas ad Herculeum uenit, deinde Athenas ad Aegeum Thesei patrem confugit, ex quo seruit Medium genuisse, à quo Media regio, ubi imperauit, nominata est. Inde ueneficij accusata digrediens in Phœniciam delata est. Inde ad superiores Asia partes transiens cuidam potentissimo tegi hæsit, ex duo quidam uolunt potius suscepimus hilium Medium, à quo Media dicta sit. Erravit postea multum licet Solinus, ubi de Italia tractat, dicat eam ab Iasoni Butroti sepultam fuisse, Marsum uero filium Marsis imperasse, qui ab eo dicti sunt. At qui in fabulis tanta est uarietas, ut Dio. sentiat Iasonem non multo post filios à Mede. interfectos diem suum obiisse dicit enim quod filii & uox re priuatus, cum omnes dicereant eum iuste plecti, quia in Medeam ingratus fuissest, & cum uini doloris ferre non posset, mortem sibi consciuit. & hæc fatus de Iasoni, & Medea.

A S C . M A R I T A E. i. uxori. (In facie). i. ad uituperatiorem faciem meæ, ut supple rideat, & uitius lera sit illa meis. (Rideat) Amara concessio, quæ uim prohibendi habet, nam minabundo uultu profertur. (In ostro tyrio). i. purpura, quæ apud tyrum preciosa est, quia dibat plena. i. bis tincta. (Flebit, & ardores uincet adulta mens) Quia plus est uultum esse. i. consumptum igni, quam uti. (Dum). i. donec, aut quandiu. (Ferrum flanime, & suc. ue. ade.). i. exta bunt. (Hostis Medeas nullus inultus erit) Per quod tacite est Iasoni minatur. (Quod si forte precer precordia ferrea) Præcordia dicuntur passionum sedes, pellicula quadam cor, & ei uicina cingentes. (Quod). i. querens. (Tu mihi sèpe suisti) Hoc est etiam supplex. (Comes uatos) Accusatius in is legitimate exit, dum genitius in ium. idem dixit Creusa Aeneæ. Tamq; uale, & nati serua eos amore. (Per aures lumina flammæ) i. per Solis radios, Nā Sol auus est Medeas, pater uidelicet Aecte. (Numerauimus) Dotem. i. persoluimus tot beneficiis, non pecuniis. Laturo. i. ablature. (Vellus, uillo spectabilis aureo) Sityresis est. i. cōtractio duarum syllabus in una, sicut s. Aen. Dat Salio uillis onerosum, atq; unguib. tureis. (Sisyphias). i. Corinthias, quæ in re Corinthio plurimæ sunt. (Quos euidem actutū). i. cōfessim, postquam sensero te nolle flecti. subtilius autem uerbū, quod est occida, aut trucidabo, sed qui ira suę moderantur. solent uerbū reticere, sicut Neptunus Aen. i. Quos ego, sed motus

motos prestat componere flodus. Addit ergo. (Sed quid predicere p̄nam Attinet?) q.d.
nihil. Cetera à superiori commentatio explanata sunt.

IN XIII. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

Gracis proficentibus ad obsidionem Troia responseum datum erat qui primus in terram Trojanam ex classe descendisset, cum manus hostilis perirentum. Quare cum in ea expeditione esset Protesilaus Iphiclius vir magni animi: Laodamia Acasti filia eius vxor sincere maritum amans de eius salute anxia, hanc epistolam ad eum scripsit, cum intellexisset Graecos tempestate in Aulide restringi ostendit, quam grantere tulerae eius discessum deinde eum monit, ut non sit nimium audax in pugno modo, memineritque imendos Trojanos, & pricipem Hectoram, quem dicit se intelligere fortissimum. Praterea quantum intellexerat ex oraculo responsem esse eum in exercitu tri ab hoste, qui primus Trojanum solum rangeret, monit eum & erat, ut ultimus descendat de manu quod si noli respice proprie salutis, facias salutem respectu ipsius Laodamiae, ne, si forte periclitaretur, sit eius a doloris & mortis, quia eo mortuo nullo patitur vilet esse superstes. Laodamia dura fuit, una filia Bellerophonis, ex qua Jupiter genuit Sarpedonem, & hac filia Acasti Thessalici, vxor Protesilaus, qui & ipse Thessalicus fuit, unde dicit. ¶

LAODAMIA PROTESILA O.
EPISTOLA XIII.

IT T I T, & optat amans', quo
mittitur ire, salutem.

Hæmonis Hæmonio Laoda
mia viro.

Aulide te fama est, vento reti-
nente morari:

Ah, me cum fugeres, hic vbi ventus erat?
Tunc freta debuerat vestris obsistere remis,

Illud erat saeuis vtile tempus aquis.

Oscula plura viro, mandata que plura dedissem:
Et sunt que volui dicere plura tibi.

consulta oracula dixerunt, Diana Agamemnonio sanguine placandam esse Iphigenia iigitur Agamemnonis filia cum ab Vlyssle per nupciarum simulationem adducta tam in eo es-
set, ut immolaretur Diana miseratione sublata est, & cerua in eius locum supposita, ipsa in
tauricam regionem translata, Diana sacerdos effecta est. Interca autem, dum Greci in ea
insula morarentur, coniurauerunt se nunquam ante reversuros in patriam, quam Troia ca-
peretur, inde Dido apud Virg. Non ego cum Danais Trojanam excindere gentem Aulide
iuraui. (Fama est). i. fertur. (Morari) Manere, moram facere. (Retinēti) Quia, ut dixi, Dia-
na flatus ventorum sustulerat, aut quia ventis esset contrarius. (Ad me) Melius ab interie-
ctio dolentis, quam propositio, dolet enim talem non fuisse ventum, quo non posset nauiga-
re, cum ab ea esset distersurus. (Sequis) Turbatis. (Vtile) A prum, & cōmodum. (Oscula) Enu-
merat quadam vtilitates sibi futuras, si tunc retentus fuisset domi. (Mandata) Admonitio
nes. (Quæ volui dicere) Quæ dictura fui, quæ non potui dicere, & dicit causam.

MIT T I T & optat amans) Troa hæc epistola facilis est in verbis, nec tam vehemens
naturæ habet in sententijs, vt superiores ferè habuerunt. Nam quæ eam scribit, non expostu AS C.
lat, neque queritur de iniuria facta, sed quia coniugem amat, eiusque imagine vexatur, co-
hortatur eum, vt sibi prospiciat, ne presagia mortis effectum sortiatur. Ea autem sunt quia
Epist. Ouid.

Aodamia HVB.

Hæmonis)
.i. Thessali-
ca Nā Thes-
salia Hæmo-
nia dicta ē.

(Optat fa-
lacet ire,



quo mittitur), i. puenire ad ma-
ritum suum i. cupit et saluere,
& incolumem esse. (Aulide) Au-
lis Eubœa insule portus est, o-
biectu laterum effectus. Ad hunc
cum Graeci perueniens Troiam
nauigantes, Agamemnon Dia-
na ceruam occidit ignarus, vnde
irata dea flatus ventorum remo-
uit, ita vt nauigare non possent,
& pestilenta laborarent. Quare * Mul-

ta.

LAODAMIA

egressurus limen pedem offendit, & quia, ut nominis indicat primus in terrâ hostilem descensurus est, & quia iam tunc, cum adhuc in Aulide erat, aut potius cum illic ab ea adhuc esse putabatur, imago eius occurrebat. Tortel docet, quia sine aspiratione scribitur Proteus. (Hemonis) Patronymicū à patria, q.d. mulier ex Harmonia. (Aulide) Pro Aulidi si Seruio credimus. Nam nomina tertia declinationis pro aduebijs in loco positâ in i exire debent pro de loco, in e vt studui Carthagini, Aunioni, & cetera. & discessi Cartagine, & Aunione, & cetera. (Ah me) Ordo est. Ah, ubi erat hic ventus. s. profectione in Phrygiam contrarius, qui te inimoratus fuissest, cum fuges. ita quam fugiens me celeriter abiesset? q.d. vietnam tunc ille hasset ventus. (Et sunt quæ volui dicere) Ea est occasio scribendæ epist.

H V B.

R Aptus es) Abreptus, ablatus. (Præceps) Festinus. (Quem nautæ cuperent) id est secundus, qualem nautæ cupidi nauigandi optarent, non quallem ego cuperem: quæ noluissem te discedere. (Soluor) Separor, disiungor. (Imperfecta) Incompleta: nā non potui finire, quæ tibi dicere volebam. (Tritte) mœstum, & cum lacrymis mixtum. (Incubuit) Præsto fuit, & totis viribus comparatis. Virgiliius Incubuere mari. (Tetendir) Flatu suo implevit, & extensa fecit. (Lunge) A meo asperitu. (Iam) Subito. (Sumque tuos oculos) id est cum tu oculos ad me conuerteres, ego assidue te spectante spectabam. (Vt) Postquam. (Te non poteram) scilicet videre. (Tua vela) Quæ longius apparebant, quia erant aut maiora, aut altiora te. (Detinuere diu) id est ea prospexi. (Fugacia) ita legendum id est celeriter euntia, & quæ videbantur fugere. (Pontus) Mare. (Lix abijt) scilicet, ex oculis meis. (Abortis tenebris) id est inducta caligine ante oculos. (Succiduo) Inclinato, & flexo, à sub, & cado venit succiduus ante penultima brevi, cum vero longa

est: à sub, & exodo: unde dicitur arbor succidua, quasi subcordua. (Iphiclus) Pater tuus, sacer natus. (Acastus) Pater meus. (Grandius) Senex. (Mater) Mea. (Resecit) Instaurauit, & viuificauit. (Aqua gelida) Asperzione aquæ frigidæ in faciem, quod solet fieri aliquo languore deficientibus. (Pium) Ex pietate proueniens. (Sed inutile nobis) Quia vihi suissest mihi tunc mori, quam nunc viuere in tantis curis. (Indignor) Doleo, & molesto ero. (Non l' cuius) Non permisum esse. (Vt) id est postquam. (Animus redit) id est postquam recipitur. (Pariter) Simul. (Momordit) Pupugit, tergit. (Nec mihi) Dicit se ob absentiam mariti ita esse auxiam, vt nec ornata corporis delebetur, nec possit quiescere. (Petendos)

* Mandatus.

Raptus es hinc præceps: & qui tua vela vacaret: Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat. Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti: Soluor ab amplexu Proteus tuo. Linguaq; mādatis verba imperfecta reliquit: Vix illud potui dicere triste, vale. Incubuit Boreas: arreptaq; vela tetendit: Iamque meus longe Proteus erat. Dum potui spectare virum, spectare iuuabat: Suumque tuos oculos usque secuta meis. Ut te non poteram, poteram tua vela videre: Vela diu vultus detinuere meos. At postquam nec te, nec vela fugacia vidi: Et, quod spectarem, nil, nisi pontus erat: Lux quoq; tecū abiit: tenebrisq; exaguis obortis Succiduo dico proculbusile genu. Vix sacer Iphiclus, vix me grandius Acastus, Vix mater gelida mœsta refecit aqua. Officium fecere pium, sed inutile nobis: Indignor miserat non licuisse mori. Vtque animus redit: pariter redit dolores: Pectora legitimus casta momordit amor. Nec mihi peccendos cura est præbere capillos: Nec libet aurata corpora veste tegi: Ut quas pampinea tetigisse Bicorniger hasta Creditur: huc illuc, qua furor egit, eo

(Estdos) Pectine cōponendos, & ornandois. (Prxbere). s. ancillis meis. (Tegi) Indui. (Vt bi corniger). i. Bacchus. dicit se furore ita agi, sicut aguntur Bacchantes. (Halla pampinea). i. Thyrlo, est aut̄ Thyrſus hasta pampinis in uoluca, quā bacchantes ferre solent. Ouid. 7. Meta. Frondentes sumere. Thyrſos Imperat. (Terigisse) stimulasse, concitasse in furorē. sic Vir. 4. Aen. Sxuit inops animi, totamq; incensā per urbem Bacchatur, qualis cōnotis excita sa cris Thyas, ubi audito stimulant Trieritera Bacco, &c. Ouid. 4. Falt. Mētis inops rapitur, ut quas audire solemus Threicis fusis Mēnadas ire comis. Iteri in epi. Ariadnes. Aut ego distulsi errani sola capillis. Qualis ab Ogygio cōcita Baccha deo. Bacchus aut̄ dicitur hic cornua propter superbiam, & elationē, q̄ teruor uini inducit. (Matres) Matronz mulieres.

T R I S T E uale) Non, quia tristitiam optabat, sed quia cū tristitia foret, sicut de funere Miseni dixit Vir. triste ministeriū. (Incubuit Borcas) Vētus à Thracia in Troiā in spēllēs. (Nil nisi pontus) Vir. Cœlū undiq; & undiq; pōtus. (Obortis). i. preter spē ortis tenebris. (Nec mihi pecc̄) Docet se legitime amare, nec ueller uoluptati indulgere tantisper dū uir ī castris degat. (Vt quas) Docet ī sup ex nehemētia amoris ī terdū more Bacchatiū uagari. A S C.

Conueniunt mater Phylaceides: & mihi clamāt:
Indue regales Laodameia sinus.
Scilicet ipsa geram saturatas murice uestes:
Bella sub Iliacis mēnibus ille gerat?
Ipsa comas pectam: galea caput ille prematur?
Ipsa noua uestes, dura uis arma ferat?
Qua possum, squalore tuos imitata labores
Dicar: & hæc belli tempora tristis agam.
Dux Pari Priamide damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners: quād malus hospes eras.
Aut te Tēnarīæ faciem culpasſe maritæ:
Aut illi uelim displicuisse tuam.

Ipsa Laodamia Phylacea ab urbe Phylace, uel à Protesilaō Phylaceio interdnm dī. Ouid. lib. 5. de Ponto. Vt uiuat fama, coniux Phylacea cuius Iliacā celeri uii pede preslit humū. (Scilicet) Rāsō Laodamiæ. (Scilicet gerā) q.d. minime. (Saturatas) Pene tinctas, unde dibaphæ uestes dicebantur, que bis erant tinctæ. (Murice) Purpura. Est. n. murex pescis, cuius sanguine tinguntur sanæ. (Gerat? Bella) Quod est laboriosum, & durū. (Prgmat) Grauabitur. (Galea) Pōdere galea. Ipse alibi supra, & galea presla sustinuisse coma. (Dura) Aspera, q.d. nō decet, ut ego sim in deliciis, & maritus meus sit in laboribus. (Dicat imitata). s. esse. (Squalore) sordē, neglectu corporis. (Agā tristis). i. uiuā in tristitia, & in morte. (Dux Pari) Male legitur hic textus: Dux Pari, neq; n. cōuenit ut irata, & turbata duce appellat Paride, & ex uerbis Hom.lib. 3. Ilia. apparet legēdū esse Dyspari, dicit.n. d'v. x. et. & d'v. x. & d'v. x. & c. i. d male, & infelix Pari prima opime, alludens igitur Poëta. Ouid. ad illa uerba Homeri facit iratā Laodamīā loqui de Paride contumelios sit. O dyspari. i. d male, & infelix Pari, nā dū apud Grecos in cōpositione malum aliquid significat, uel difficultatē aut impossibilitatē, ut exēpli gratia, τύχη signifcat forunā, δύναμις uero insortum signifcat opus, & officiū, ἀρετής significat difficultatē, & ἀρετής significat formosum, & δύναμις signat deformē. sunt plurima huiuscmodi apud Grecos, error aut̄ facile est, uel ex ignoratione gręcarū literarū, uel qđ ypsilon putatū fuerit esse u, n̄m, & s. litera cōuersa sit i x, sed abso; dubiis affirmauerim legendū, Dyspari. (Formose dāno tuorū). i. cuius forma & pulchritudo magno cōstatura est tuis, q̄ pp̄ te, q̄ placuisti Helene, qui multa pati' ter dāna. (Tā sis) Optati uiri modi est, & subaudīc uicinā (Tā sis hostis iners). i. ita negligēs, & ignau' sis pugnator. (Quā mal. ho.) s. apud Menelaū (Mal?) Aut. i. pfidus, q̄a siē hospiti nō seruasti. (Aut te) Epist. Ouid.

H V B. P hylaceides) Ita est legendū,

Ellē enim forma patronymica, pro deriuatio, & Phylace, que (ut Homer. in 2. Iliad. scri.)

suit urbs Thessaliz, in qua Protesilaus regnauit, quod etiā ostēdit Luc. lib. 6. Et prima Rhœteia littera pinu: Quz tetigit Phylace. hanc Protesilaus ponit in Pieria parte Macedonie. Strab. uero in phthiotica, que tamen regiones sunt in Thessaliz, quz & Macedonia dicitur. phylacus aut̄ pater Iphicli fuit, & sic aius Protesilai, unde Protesilaus apud poētas sepe dī Phylacides:

LAODAMIA

Dicit,qd uellet,quod aut Helena displicuissest Paridi,aut Paris Helenę. (Maritę Tenarię)
.i.uxoris Helenę Lacerne,Nam Tenuarus p̄ omotorium est Laconice,ex qua Helena fuit.

A S C. PHIRACEIDES)Patronymicum a patria, à Phylace.s. urbe. (Regales sinus, si uno
fas uestes reginā decentes. (Scilicet) Vocabulum indignationi aptum, qd, nequaquam cō-
miserō, ut ego purpurata incedam, dum ille armis attenter, Magnifice autē dixit saturatas
non imbutas murice, ut diba phas. i. bis tintas significet. (Ipsa. i. ego. est enim trium persō-
narum. (Dux Pari) Vocatiūs à nominatiōe Paris. Ordo est. (O Pari). i. Alexander, sic. n.
etia uocabatur. (Priamide) Vocatiūs est. i. fili Priami. (Formofe dux). i. in raptu Helenes
cum damno tuorum, ego sup. uelim, ut sis tam iners hostis. (Quam) .i. quātum. (Malus ho-
spes eras) Erat autem pessimus hospes, quia hospitā abduxit, unde uelit inertissimum quo
que else. Iners autem dicitur sine arte, & sine industria. Ego uellem, inquit, aut te culpasse
faciem. (Marite). i. coniugis. (Tenuarie). i. Lacerne à parte totum. s. Helenes. (Aut tuani)
supple faciem. (Displieui illi). i. quid uterque alteri non tantum placuissest, ut tu eam re-
pere, & ea rapi uellet.

H V B. TV). s. d Menelaē. (Flebilis
ultor) quia multi hac tua
uictione peribunt. (Dii precor)
Quia quoties Laodamia recor-
dabatur bellī, trepidabat, & fle-
bat, ideo precatur, ut hoc non sit
ei malo omni, id est augurio.
(Sinistrum) Infelix. (Det) Offe-
rat. (Ioui reduci). i. Ioui eum re-
ducenti, nam reducem appella-
mus, & qui reducit aliū, ut hic, &
qui reducitur ab alio, ut supra,
Littora Thessaliz reduci tetigis-
se carina, & Virgil. i. Aene. Nan-
que tibi reduces socios. (Subiit)
Venit in mentem. Virg. (Subiit
cari genitoris imago.) (Maden-
tis) Liquescentis. (Sole) Propter
calorem solis. (Ilion) Dicit, qd
quoties audit aliquid nomen regiouis Troianar, serè solo nomine terretur. (Ilion) Oppi-
dum ipsum Troiæ. (Tenedos) Insula in conspectu Troiæ, quam a Tene quodam, qui cum
nouera concubuit, occupatam, cum antea esset vacua, & ab eo nomina tam Seruius scribit.
Diodo. appellat Tenum, dicitq; eius patrem columnia uxoris inductum filium Tenum in
area impositum in mare deiecisse, quæ tempestate asta cum in Tenedum appulisset, Tenus
mirabilis deorum ope salutem consecutus insulæ imperauit, ut præclarus, ac iustitia, uirtus
tibusque aliis immortalibus honores assecutus. (Et Xanthus) Fluuius iuxta Troiam, de
quo diximus in epist. Oenones. (Ide) niuns Phrygia, à quo & silua Idæ. Virg. Cernimus
Idæ claram se condere silua, & idem. Ianiq; iugis summi surgebat Lucifer Idæ. hoc declin-
atur grece ίδη ίδη. (Pene). i. ferè. (Ipsa lono). i. sola uoce, & nomine, qd. ergo multo ma-
gis re ipsa. (Nec rapere) Occurrit obiectio, quia postea dici, quod magna est potentia
Grecorum, dicit quod Paris nou rapuisset Helenam, nisi uidisset se hæc uires defendendi se
cōtra Grecos. (A usurps). i. erat Paris. i. nō suisset a usus rapere. (Hospes erat). i. peregrinus.
(Vires suas). i. quantum posset. (Spectabilis) Ornatus. (Ferret) Ostentaret. (Suo corpore)
Quia qui uidisset eum ita ornatum, potuisset iudicare, quæ diues esset Phrygia. (Opes Phry-
giæ). i. Troianas. Virg. Troianes ut opes. erat enim in toto oriente potentissimum impe-
rium Troiæ. (Classe) Nauibus. (Viris) Numero uirorum. (Per quæ). i. per quas res, icili-
cer naues, & uires. (Geruntur bella) Quia sine uiris bella geri non possunt, nec rursus sine
classe,

Tu, qui pro ranta nimium Menelaē laboras:
Hei mihi quā multis flebiliis ultior eris.
Dii precor à nobis omnem remoue finistrum:
Et sua dec reduci uir meus arma Ioui.
Sed timeo: quotiesque subit miserabile bellum:
More niuis lacrymæ sole madentis cunt.
Ilion, & Tenedos, Simoisq; & Xanthus, & Ide,
Nomina sunt ipso pene timenda sono.
Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset.
Hospes erat: uires nouerat ille suas.
Venerat, ut fama est, mul: o spectabilis auro
Quique suo Phrygias corpore ferret opes:
Classe, uirisq; potens: p quæ fera bella geruntur:
Et sequitur regni pars quota quenque sui.

classe, cum ad eos, qui separantur mari, transituri sumus. (Quota) Id est minima, ut Iun. Quota portio fecis Achæz. & est sensus. potens est classe, & viris, & habet secum minimam partem sui regni.

da) id est dura, vel sine framme. (Cognata) Quæ sunt tibi cognatione coniuncta propter patrem tuum, qui est Huuus, inde ducent originem, unde ipsa flamina. (Perer. as) Percurris. (Tus vultus) Bouinos, qui te terrent, quia, quocunque fugis, te sequuntur. (Inachi) id est filia Inachi, est autem hic vocatus patrouymici scemini. (Badem sequerisque fugisq; id est ipsa es, quæ sequeris, & ipsa, quæ fugis. nam licet credas te fugere vaccam, vna tamen, eademque es. (Comiti) scilicet tibi, id est te ipsum præcedit, te ipsum comitis. (Per septem portus) Dicit eam in Aegypto deposuisse figuram bouis. (Nilus) Fluuius Aegypti in mare per leptem hostias influens: vnde Virgilius. Et septem gemini turbant trepidata oīta Nili. (Exuit) Depositus abitulit. (Ora) Faciem. (Boius) Vacce. (Iniant) Furentis, & itinulis exagitatae. (Vltima quid referam) Quia conmemorauit antiqua dicit nō esse opus commemorare infelicia exempla sua domus ita remota, quia sunt ex ampliis suæ memorie. (Vlta) Extrema, & remota. (Quorum) scilicet vltimorum. (Cana senectus est auctor) id est quæ ab antiquis audiuit. (Annus mei) id est secula mea, quibus natam fui, & vixi. (Dant quod querar) id est dant mihi materiam

* Lino est, quibus magis placet Lino. * Scriptaque.

L ginta

LAODAMIA PROTESILAO.

ginta sorores, eram quinquagesima. (Cadanu) Moriar. (Manente) Superflite. (Artu) Nūc rogar Lynceum, vt aut ferat opem, vel can̄ sepielar. (Lynceu sic legendum est. (Si qua curta) quis amor. (Piz) Quæ te amauit. (Sororis) Patriis consanguinet. Quæque subaudi. (Si tu dignus habes) idest si meritis. (Munera, quæ tribui) idest vitæ. (Defuncta & vita) idest mortua. (Furtiu) Occultis, clandestiniis, si aperte non audes mihi facere rogum. (Sepeli) idest tumula. (Perfusa) Rigata. (Lacrymis fidelibus) scilicet tuis. (Sculptaque) Incisa, inscripta. (Titulo) Epigrāmata. (Exul) Ecce titulus. (Exul) Patria expulsa, vt supra dictum est. (Ipsa culic) Passa est. (Mortem, quam depulit fratri,) idest quam a fratre remouit. (Premium iniquum) Appositi est, idest iniquam remunerationem. (Pietatis) Quia non merebar mortem. (Liber) Est animus. (Lassa) Fatigata. (Pondere catenæ) Quia pater meus iusfuit me ligati. (Et vires) Alia causa, quia non possit scribere, quia. (Timor) idest patris. (Subtrahit) Aufert. (Vires) scribendi.

A S C E N S I V S.

A S C . Q V I D Id sretia longa pererrass? Horat. Id producit dicens in Arte. Perfidus Ixion, Id vaga tristis Orestes. (Inachi) Vocatus à nominatio Inachis, & est paronymicum significans Inachi filiam Id. (Eadem sequeris que, fugisque) Quia teipsum fugis? Cetera nota sunt. (Ultima quid referam?) Ab antiquis transit ad sua, suique temporis incommoda. (Senectus auctor) Auctor enim ab auctoritate communis est generis. vnde Iuno apud Virg. auctor ego audiendi. Et Sappho apud hunc, auctoris nomina Sapphus. ab augo dicitur hic auctor, & hæc autrix auctor ergo senectus est, quia prima protulit, autrix fama, quia auxit. (Ille serox) scilicet pater. (De fratribus populo) Quia patruelles etiam fratres dicuntur, aut quia maritorum fratres etiam fratres dici potuerunt ex affinitate. (Nam mihi quot fratres, rotam periere sorores:) sancta est hæc sententia, quia vult malefactores & v enefica tunc interfici, quando interfici per iustitiam executores merentur. perierunt ergo sorores, quia perire meruerunt, aut ideo perdix sunt, quia per petuo matrimonio spoliatae. (Aut tu, si qua piz &c.) summa est hæc vororum, quam sere in fine epistoliarum ponit Ouid. Quinieram in soluta oratione post exordium, ac narrationem solemus ponere petitionem. (Precium pietatis iniquum) Virgilius de Culice: Parue Culex custos pecudum nil tale merenti Funeris officium vix pro munere reddo.

I N X V . E P I S T O L A M , A R G . H V B E R T I N I .

De iudicio Paridis inter tres Deas sati abunde dictum est in argumento prime epistole, quod ad argu-
mentum huius epistola pertinet, cum Paridi ob iudicium datum in favorem Venerei, Venus promisisse:
Helenam omnium mulierum pulcherrimam: & ob eam Lacedemona nauis aget, exceptus hospitio à Menelaoo,
Helenam in amorem suum, quantum potius sollicitare conatus est, & praesente marito. Sed postea Menelaoo pro
fectio in Cretam, per hanc epistolam etiam ad relinquendum maritum: & se in Asiam fecerit, dum exortatus
est. Visient autem magno artificio se ab omnibus commendant, quibus amatores commendari solent: à pulchritu-
dine nobilitate diutius, & robore corporis: & à vero sinceritate amore, & contraria misit ei adducere in odium, &
inuidiam, & contemptum Menelaum: & studet ei persuadere, tum ab utili, tum ab honesto, & eam debere eius
amori adhaerere, dicente eam nullam habitur am in famam proper hoc, & quid abducta à Paride, aut nunquam
repetita sit Menelaoo, aut si repetita fuerit: facile aduersum eum vires defendet ut.

P A R I S H E L E N A E.
E P I S T O L A X V.



A N C tibi Priamides mitto
Leda salutem.
Quæ tribui sola te mihi dan-
te potest.
Eloquar? an flammæ non est
opus indice notæ?
Et pius, quām uellem, iam
meus extat amor.

Ille quidem lateat malim: dum tempora dentur
Letitiae mixtos non habitura metus.
Sed male dissimulo quis enim cælauerit ignem.
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, uocem quoq; rebus ut addâ:
Vror: habes animi nuncia uerba mei.
Parce p̄ecor fasso:nec duro cetera uultu
Per lege, sed formæ conueniente tue.
Iandudū gratū est, q̄ epistola nostra recepta est:
Spem facit, hoc recipi me quoq; posse modo.

(Quis.n.) Bene cxler amorem? (Suo lumine) Suo splendore. (Si tñ.) i. si tñ uis, ut uerbis dē
cam tibi id, quod est in re. Anno, &c. (Rebus) Effectui. (Fasso) Mihi confessio amore meum.
(Duro) Difficili. (Conuenienter tux formæ) i. uuln. miti, & placido, qualē exigit pulchri-
tudo tua, quia cum sis pulchra, debes ē esse placidæ. (Iandudū) Conciliato animo Helenæ,
nunc incipit narrationem. (Iandudum) Vel tandiū, ut sit téporis, uel ualde. Terentius in
Eunuc. Iandudum illa re amat. (Recepta est) Pro accepta à te. Notandum est, apud idoneos
oratores non esse in usu, recepti epistolæ tuam, sed accepi sed hic suis necessitatibus metri. (Hoc
modo). s. quo epistola mea est recepta. Nam cum aliqua puella ab amatore accepit scriptū.
& legit, signum est, quod sit semi expugnatam. ipse Ouid. in 1. de Arte, Quæ uoluit legisse,
uolet rescribere lectis. Per numeros ueniuunt ista, gradusque suos.

H A N C tibi Priamides A rtificio sua est, epistola, & insinuacioni, personæque accōmo-
da, rem. n. iuhonestam persuadere nititur, sed mulieriam parumper a viro negletæ, atq;
desertæ. Quocirca, quia nouit muliebrem sexum esse fragilem, gloriæ cupidum, & laudis,
à forma, à generè, à facundia cupidissimum, omnia assert Paris, quæ sibi Helenæ animu cō-
ciliare possent, & quæ odiū mariti, eiusque contempnum excent. Cuni uero contextu
facillimus sit, nemo tam inscius, atque iners, qui non aliquid deliciarum, atque argutiarum
illinc hauriat, erimus ergo in exponendo succinti. (Ledex) Autem possessuum est pro
patronymico, sed à matre positum, sicut 3. Aen. Ledæam Hernionem &c. potius autem Le-
dæam dicit q̄ Tyndarida, quia dicturus est Louis esse filiam ex adulterio conceput, ut ad cō-
simile inuitet facinus. (Eloquar) Sic Aen. 3. Eloquar, an filea? (An non est opus indice). i.
idicio. (Flamæ). s. amoris. (Note) i. percepte à te. (Et) i. quia potuissest tñ dixisse nā plus q̄,
aus si cōiungitur, notæ(dico) Flamæ. Et meus amor extat. i. eminet, & appare, quæ extrin-
secus stans. (Plus q̄ uellem) Quia malim, ut supp. (Ille lateat quidem). i. certe, q.d. nō sem-
per. (Sed dum). i. donec (Tempora denuo nō habitura metns mixtos). i. immixtos Letitiae.
(Quis enim celauerit ignem) Quali dicat nemo, sed amor ignis est, imo est luptatius ama-
tores amatum, atque amicam ignem dicunt, ut in Bucolicis. Meus ignit Amyntas, &c.

Epist. Ouid.



Riamides) II V.B.
i.ego Paris
filius Pri-
ami, cū autē
in Priamo
syllaba pri-
ma propter
sequentem
uocalem naturaliter breuietur,
in patrouymico necessitate metri producitur. (Ledæa) Helena
filia Ledæ. dictum est supra in
epistola Hernionæ de eius nati-
uitate. (Eloquar) Ex primâ uer-
bis? Virg. Eloquar an fileam?
(An non est opus indice nostræ
flamæ). i. an potius non est opus
indicare amorem meum, quia tu
ipsa nosse debes? (Extat) Emi-
net appetet. (Malum) Porius ue-
lim (Dum) Donec. (Tempora)
Oppunitates. (Mecus mixtos
Letitiae). i. q̄ tēpora sinc sine ul-
lo timore. (Male) Difficile. (Dis-
simulo) Cælo, & occulto. (Qyis
n.) q.d. nullus, nam supra dixit.

A S C.

L 2

(Iam)

(Iandudum gratum est) Aut ordo est. (Gratum est iandudum). i. ab eo tempore, quo epistola nostra est, aut gratum est iam, & epistola nostra recepta est, dudum. i. paulo ante. Et causam addit, quia. (Hoc). s. epistolam meam receptam esse. (Facit spem quoque). i. etiam me posse recipi. (Modo). i. iam, postquam epistolam legisti, aut sic, spem facit me quoque posse recipi hoc modo, quo. s. epistolam recipisti. Quo uerbo hortatur poeta matronas pudicas, ut suspectas literas repellant, quia quæ amatorias legit, se amari uelle indicat.

H V B. Q Vx Spes. (Rata) Firma, certa. (Mater Amoris)

Venus. (Monitu diuino) Non sponte mea, sed Venere mandato. (Nescia pecces). i. ut sis admonita, ne per ignoratiā erres. (Non leue). i. maximum, liptote est. (Non indebita) Quia sunt promissa mihi ab ea cui licuit promittere. (Cytherea) Venus ita dicta à Cythereis insula, ut alibi diximus. Virgi. At Cytheres nouas artes, noua pectora uersat Consilia. (Hac duce) Dicit Paris, ego suscepī hanc nauigationem à Troia in Græciam auctore, & Venere ipsa duce. i. regente me. (Dubias) Incertas, quales sunt uix nauigationis. (A littore Sigēo) id est Troiano. Nam Sigēum promotorium est Troix, ut dictum est in priina epistola. (Puppe Phareclea) Neque Pharetrata, neque Pharetra legendum est, sed Phē relea. Fuit enim Phareclus, ut scribit Homerus lib. 5. II. filius Harmonidē fabri lignarii, qui naues Alexandro, qui & Paris dicitur, fabricauit, que fuerunt principium malorum Troianorum. à Phareclo igitur possessivum sit Pharecleus. (Phareclea puppe) i. fabricata à Phareclo, & hic est uerus sensus, & emendatus textus. (Orta mari) Ductum est supra in epistola Didonis super eum locum, quia mater Amorum, Nuda Cythereiacis edita fertur aquis. (Perstet). i. utinam perseuereret, ut Virg. Talia perstabat memoria, fixusque manebat. (Aestum) Ad uitrum retulit hic, & ad fernuorem amoris, & ad motum maris, & est sensus, ut adiuuet nauigationem, ita adiuuet amorem meum. Ordo est. (Perstet, & ita adiuuet & stū pectoris, ut pelagi). s. extum adiuuat. (Et) i. etiam. (Mea uota) Sicut & nauē. (Attulimus) Quia ex patria discelimus huc propter amorem. non autem incepit solum te amare. postquam huc ueni. (He) Flammæ. (Hymen) Tempestas. (Error) Quia ignorarem quo uenire. (Tenebris terra) à Laconica, à Texno promontorio Laconice. (Petita). i. uenit clasfis mea dedita opera in hanc terram propter te. (Nec me) Occurrat obiectioni quia posset dici, qd propter alias causas uenisset, dicit se propter solam Helena uenisse. (Nec crede). i. nec crede me nauigare propter mercaturam, quia sunt dies sine hoc exercitio. (Tueantur) Seruent, quia satis sunt mihi. (Spectator) Admirator, ut uideam pulchras urbes Græcæ. h.c

Quæ rata sit: nec te frustra promiserit opto,
Hoc mihi quæ suasit mater Amoris iter.

Nanque ego diuino monitu, ne nescia pecces,
Aduehor: & cœpto non leue numen adest.

Præmia magna quidem, sed non indebita posco:
Pollicita est thalamo te Cytherea meo.

Hæc duce, Sigæo dubias à littore feci
Longa Phareclea per freta puppe uias.

Illa dedit faciles auras, uentosque secundos:
In mare * nimirum ius habet orta mari.

Perstet: & ut pelagi, sic pectoris adiuuet & stū:
Deferat in portus & mea uota suos.

Attulimus flamas: non hic inuenimus illas:
Hæc mihi tam longe causa fuere uix.

Næc tristis hyems, nec nos luc appulit error:
Tæraris est classi terra petita meæ.

Nec me crede fretum merces portante carina:
*Findere: quas habeo, Dii tueantur opes.

Nec ueni Graias ueluti spectator urbes:
Oppida sunt regni diuinitiora mci.

Te peto, quā pepergit lecto Venus aurea nostro:
Te prius optauit, quām mihi nota fores.

Ante tuos animo uidi, quām lumine, unlitus:
Prima fuit uultus nuncia fama tui.

* nil mi
rum

*Sciude
re

enim solet esso multis causa nauigandi, ut in alienis terris videant preclara oppida. (Oppida) Vrbes, et Virg. Ascreumque cano Romana per oppida carmen. (Diuitiora) Opulentiora, nam Asia ditillina est. Horat. Et dites Asia capos. Virg. Troianas ut opes. Cic. in Orat. pro lege Manilia de laudibus Pompeij. Asia vero tam optima est, & fertilis, ut Vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine portionis, & multitudine earum rerum, quae exhortantur, facile omnibus terris antecellat. (Aurea) Formosa (Pepigit) Promisit, ut in arguimento primo epitolare, & huius diximus. (Animo) Cogitatione, desiderio. (Quam lumine) Qua oculis corporis. (Fama sive pr. nunc, cui vuln.) i. prius audiui dici de pulchritudine tua.

Q. V. A. E. rata sit) progrediens docet non in anem suam spem esse debere, cum stabilita sit pollicicitatione Veneris, quae Dea amoris est. (Quae) igitur spes. (Sic rata) i. firma, & non irrita. (Nec mater Am.) i. Vanus, quae sua sit mihi hoc iter. (Promiserit mihi te frustra) i. in vanum. Nam sup. quod dico tibi. (Nefaria preces) Quasi peccatum sit contra Veneris iusta facere. (Ego ad uxor monitu diuino) i. Dex Veneris, & c. (Numen non leue) i. futile, nec cōtentipibile. (Ad eum) i. auctoritatem dat. (C. pro) i. incepto meo. (Posco quidem magna premia) Hoc in aspersionem dicit, quasi pluris faciens adhuc premia Veneris, quam Paladis, ac Lunonis. (Cytherea) dicitur Venus a Cytheris Cypri luce. (Ego feci hac duce) i. Vener ducente. (Vias dubias) i. incertas, & incognitas mihi. A littore Sigro) i. Trolan. Nam Sigrum promontorium est Troiae. (dico) (Puppe Phereclea) i. a Phereclo ædificata. (Vias dubias per longa freta) i. maria. (In mare mirum) Vnde Neptunus ad eam Aen. s. Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis. Vnde genus ducis. Nam est spuma maris nostra d[omi]ni (Perstet), i. perseveret, opto Ven. (Et ut) supple adiuuit. estus i. seruores pelagi, sic adiuuet estus pectoris mei. (Et deserat mea vota in suo portus) i. ad optat finem. Ut autem non scui nec dudum parto amore, se caput fateatur, addit. (Attulimus flamas, tristis hyems) i. tempestas nauis tristiora afflent. (Terra tenaris) Pro tenaria, patronymicu à loco. (Quas habeo, Dij tueatur opes) Aut satius diuitem se significat, nec propter diuitias velle negociari, aut se significat, q. d. nō alias merces aduex i, quam meipsum. (Oppida sunt tegni diuitiora) i. secundū artem à diuite, nam, sicut raro dicitur homo dis, sed diues, ita raro h[ab]o diutior, sed diutior. (Ante tuos) Ante i. prius vidi. (Animo) i. consideratione. (Vultus tuos, quam lumine) i. externo oculorum. (Minor est tua gloria vero) Idem dixit regina Bea ad Salomonem, sed non id notu erat Paridi, qui & prior erat, & ethnicus. (Fame est pene) i. quasi (Maligna) Ex quo multo minus d. xit, quasi per malignitatem, quam sit.

Hæc cætum & quatuor carmina nō inueniuntur in antiquis exemplaribus, & quin & Plautus eos non agnouit, neque tamen dubium esse vili potest, quin Ouid. ipsius h[ab]it, sed forte credendum est, cum epistolam hanc compo[si]uisse, aut demississe illum h[ab]ec, ut nimia luxuriam, & loquacitatem quasi quādam resfecaret, quæ in his versibus cernitur, aut addidisse potius venustatis gratia (venusta enim & elegancia sunt eorum multa) luxuriam autem & abundantiam non solum hic poëta ut virtù nunquam fugit, sed & ut eritatem semper appetivit. Animaduertendum tamen est, si hæc relinquantur carmina summuenda duo illa paulo inferius. Cum Venus, & Iuno Pallasque in vallibus Ide, Corpora iudicio supposuerit meo. Per moleste enim s[er]pius idem diceretur.

Noctamen est mirum, si sicut operat, arcu
Mt. scilicet telis eminus i. fusa amo.
Si placuit faxis, quem ne convelleretente:
Accipe cum re ad dicta relata aside.
M. stris adiuc rtero partem oriam et ehebar:
I. am grandus in te pondere ventre erat.
Ulla subiungem in r[ati]o est subiungem somni
Flammiferam pleno reddere ventre faciem.
Territa confusit, metuendoq; noctis opac e
Visa sevi Triumphi, transversile refert.

Epist. Ouid.

Arsorum Paridis r[ati]o est canit Ilionigni.
Pectoris et nunc e[st] fax fuit illa mei.
Forma, vigor, animi, quamvis de plebe ridebar,
Indictum te[ct]e nobilitatis erat.
E[st] illocus in media nemoro[bi]s vallis Ida,
Dehinc, & piceis, illicum frequens.
Qui nec omni placide, nec amantis, fax a capelle,
Ne capitulo tarda carpitur ore bous.
Hinc ergo Dardania muros, excelsaque tecla,
Est reta prospicent, arbore nixus tram.

L 3 Ecce

A S C.

P A R I S

Ecce pedum pulsus visa est mibi terra moneri:
 Vero loquar, vero vix habitura fidem.
 Conflitui ante oculos aeterni velocibus aliis
 Atlantiam magni. Pleiadesque nepos.
 Fas ridet esse fuit: fas sis mibi resare ferre:
 Lm. Dei dignus creare vix os suis.
 Tresq; simili dux, Venus, & cum Pallade Luna.
 Grani nimbis: cenero stimpus posuere pedes.
 Obstupsum: gelidusq; comas etrexerat horror:
 Cum milvi, pone mesum, nuncus salesuis.
 Arbutus es ferme: certamq; pessim deorum:
 Viuere que forma digna sit tua dnas.
 Ne ue recufarem, verbi Louis imperat: *C*se
 Protritus aethera solisti abstravia.
 Mens mea comaluit: subitoq; adiacia venit:
 Nec tum tu tuis quangue notare meo.
 Vincere erant omnes digni: indexq; reverbar
 Non omnes causauit vincere posse suam.
 Sed tam ex illis tam tum magis ruma placebat:
 Hanc esse viseiores, unde moneter amor.
 Tantaq; vincendicura est: ingentibus ardente
 Indicium domini sollicitare meum.
 Regna Louisonorum, virtutem filia astas:
 Ipse potens dubito, sorti: an esse velim.
 Dulce Venus risit: nec i e partum ne tam angare
 Vira que suspensa plena nimoris, aut.
 Nos dabimus quod ames: & pueris filia Leda
 Ibit in amplexus pulchrius, ipsi fratres.
 Dixi: & ex equo domi formaque probata
 Vistorem ea loquitur illa pedem.
 Interrea (credo versis ad prosperas) *s*
 Regni agnoscere per ratas igna puer.
 Lasa domus nato per temporalia regrepto:
 Addit & ad festis lumen quoique Tris diem.
 Vig, egote capio, sic me cupire puerile:
 Multarum vocum solatenere pores.
 Nectantum regnum uite petere, docimq;
 * Sed nymphis etiam apud amori sui.
 At milner nct, avum subuenit justitia: postquam
 Cowage, pese est Tyndaris calam.
 Te vigilans oculus, animo te nocte videbam:
 Lumine cuius placido nitida sapore tacent.

* Quid
 est qd
 nym-
 phis cu
 ra se
 fuisse di
 cit, An
 & alias
 prater
 Oeno-
 nem a-
 marit?
 * Per vs
 quam
 Phrygi
 am ne.

H V B. **C**redis & hoc Extollit eius
 pulchritudinem, vt ita lau-
 danco eam allicit ad amo-
 rem suum: nulla enim est mul-
 lier, que laudibus suis forme
 non delectetur. Ouidius in 1.
 dearte: Nec faciem, nec te pigeat
 laudare capillos. Et teretes
 digitos, exiguumque pedem.

Quid facit presens, que nondum visa placet?
 Ardebam, quamvis hui proculq; erat.
 Nec potius debere milibus pem longiusq; am:
 Cetera petrem quin mea votana.
 T. oia caduntur plur. apinetas curris,
 Quaque et equeret vtilitas ab aquis.
 Ardus a proceris spoliatur Gargara siluis:
 Immureasq; multihlonga das Idatrabes.
 Fundatura citas flectuntur reboranaues:
 Texunt & costis pandi carinas. i
 Addimunt antennas, & rela sequunt amulas:
 Accipit & pectora puppis aduncadeos.
 Quatam ex pfevchor, comitata Cupidineq; auro,
 Sponsor coniugij at dea pistis sui.
 Imposuit est fate postquam manus ultimae classis:
 Protritus Agassis rembebar aquis.
 E fater, & genitrix uidet mea vosa regaudo:
 Propositisq; me voce moram inter.
 Et soror effusis, vereas, Cassandra capillis,
 Camillem nobis vlam dare relatates:
 Qviorum exelamatis refesi exundat etecum:
 Quam perlata, ne quis flan mapetatur aquas.
 Veras vates, dictis immembris signes:
 Eferunt in molli pectore flagrati amor.
 Portibus segregat, temni seribus usus,
 Applici inseras Oebaliv, mpti traas.
 Exquisit opus uir me tuus: loc quoque saltum
 Neus, u. consilio, u. min: bniq; deha.
 Ille quidem ostendit: quid quid Laceda moneta.
 Colendi dignam, consuetaq; sunt.
 Sea mikla laudem cupi misceret formam,
 Lunula, nil aliud, quo caperentur, e at.
 Vt rids, obsequi: praecordia instauraveris
 Anomia currit in onus, nouis.
 His similes vras, q; ancum reminiscor, labet.
 Vemem a. bullu uicem Cybiera mem.
 Suscurrens partier certam in iude:
 Indubitate Veneti palmas susciuit,
 Magna quidem de, erum praeconia fecit.
 Nullaq; de fave nejus uterrata est.
 Nec sibi par usquam Phrygia, nec solis ab ortu
 Interformulas altera nome uelabat.

Credis & hoc nobis? minor est tua gloria vero:
 Fama que de forma penè maligna tua est.
 Plus hic inuenio, quam quod promiserat illa:
 Et tua materia gloria victa sua est.
 Ergo arsit merito, qui nouerat omn'a Theseus:
 Et viza es tanto digna rapina viro:
 More tuae gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis

Ludis: & es nudis foemina mixta viris.
 Quod rapuit, laudo: miror, quod reddit unquam:
 Tam bona constanter præda terenda fuit.
 Ante recessisse caput hoc ceruice cruenta:
 Quam tu de thalamis abstrahere meis.
 Te ne manus unquam nostra dimittere uellent?
 Te ne meo peterer uiuus abire sinu?
 Si reddenda fores: aliquid tamen ante tulisse: m
 Nec Venus ex toto nostra fuisset incers.
 Vel tua uirginitas esset libata: nol illud,
 Quod poterat salua uirginitate rapi.
 Da modo te, quæ sit Paridis constantia, nosces:
 Flamma rogi flamma finiet una meas.
 Præposui regnis ego te: quæ maxima quondam.
 Pollicita est nobis nupta, sororique Louis.
 Dumque tuo possem circundare brachia collo:
 Contempta est Virtus, Pallade dante, mihi
 Cum Venus, & Iuno, Pallasque in uallibus Idæ
 Corpora iudicio supposuere meo:
 Nec piget: aut unquam stulte elegisse uidebor:
 Permanet in uoto mens mea firma suo.
 Spem modo ne nostram sieri patiare caducam
 Deprecor, ò tanto digna labore peti.
 Non ego coniugium generosè degener opto:

bata) Desumpta, gustata. / Vel illud). f. oscula. (Da modo) Quia posset obici, ita dicis, sed forte ita non faceres, dicit, fac periculum, & proba, uidebis quæ constanter sit in me. (Flama rogi). i. amor meus sola morte finietur. Terent. in Andro. Hanc mihi, nisi mors, admet nemo. (Flamma) In qua comburetur cadaver meum, cum ero mortuus. (Flammæ) Amoris. (Quæ maxima). f. regna. (Pollicita est) Ut plenè demonstrauimus in arguento prime epitolæ. (Nupta) sororique Louis. i. Iuno. (Virtus) sapientia. (Contempta) spreta. (Dante) Dare uolente. (Elegisse stulte). f. quod te, potius quam regna, uel uirtutem elegerim. (In suo uoto) Quod primum habuit, ut te haberem coniugem. (Caducam) Fluxam, uanam. (Non ego) Incipit se laudare à nobilitate. (Non degener) Vel uilis gencre, uel à maiorum uirtute remotus. (Generosè) Tui nobilissimæ.

A S C E N S I V S.

E T sua) Alii legunt, & tua, sed non procedit, quia ordo est. Et gloria sua. f. quam ipsa cōferre potest. est tamen iuxta uicinque legatur, reciprocario, nisi dicatur, sua. i. propria ipsi fame, que gloriam conferre potest etiam inanem. (Est uicta). i. superata. (Materia tua) Id est subiecto circa quod uersatur gloria, quod illi præbes, quia plus materię glorie præbes iam, quam ipsa retribuere potest glorię, ex quantitate autem cognoscitur, quod sua nominatiui est casus, nam corripit, tua autem, qui ablutiui casus, produci debetur, unde malos esset uersus legendio, tua &c. (Ergo arsit merito) Probat formam Helenes, etiam aliis probatam, nam ob eam rapta est à Theseo, uerum integra restituta, quod signum censer, quia minus annuit, quam ipse, qui aliquid i. ab ea prælibasset, aut uirginitatem, aut saltēti

oscula, uidit autem, formā eius, inquit Theseus, dum more virginum. Lacunarum nuda pā-
gēstram exercebat. (Abstrahere) i. abstraheret, nam inflectitur abstrahere, abstrahere-
ris &c. (Te ne) Nequaquam, nunquam. (Aliquid) Florem virginitatis intelligit. Sicut: Sile-
nus in Buc. Huic aliud mercedis erit. (Tulism) i. abstulisset. (Libata) i. primū cōacta.
Tractum à libaminibus, quæ summo tenus attinguntur ore. (Flamma rogi) i. exustionis.
mex rogalis. (Finiet una) i. sola, non simul, quia aduerbiū esset, & ultimā produceret.
(Meas flamas) s. amoris. i. ad mortem usque te amassem, & cui amore arsistem. (Pr̄posui
regnis) Docet quanti eam faciat, & fecerit. Cum enim tres illæ summe. Dex iudicium pul-
chritudinis ad Paridē referrent, & Iuno regnum Dea (est enim æt super terram, ubi ge-
ritur onine ex mortalium regnum) promitteret pulcherrimū regnum, & Pallas Dea sapiē-
tiz (nam ex cerebro Louis. i. puriore igne nata dicitur, unde uis ingenij & intellectus inon-
di putatur) promisisset bellandi peritiam dicens: Te, si me sequeris, non abstrahet iniudic-
error: Venus autem per quam omnia, quæ nascuntur, ueniunt, & oriuntur, pulcherrimā
puellam promitteret, dicens (ut non ignobilis auctor descripsit) Plestra sonora, ioci plau-
sus, lasciuia uoluptas. Hæc mea, si reliqua me præfers ipsa puellam, Pro mercede dabo, qua
non formosior ulla. Respondit Paris: Grata mihi tua forma Venus, tu munera grata. Plus
alijs mihi mente sedes certaminis ecce Pignus habes nictrix auri spectabilē malum. In qua
re significatur, quod hic poëta expresse docet, quia Paris, dum Helenā rapuit ob pulchritu-
dinem, cum quia neque regnum, neque bellandi gloriam, aut peritiam habere potuit, uolu-
ptatem gloriæ & sapientiæ prætulit. Triplex enim aiunc bouū, honestū, ut sapientiæ, quod
Pallas cōfert, utile, ut regnori, cuius Iuno administratrix, unde Aeolus ad eam lib. Aen. i.
Tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Louemque concilias. & delectabile, ut uolupta-
tum, que beluis cum hominibus communes sunt. Ideo dicit dictorum carm. auctor. Hac
in lite, triplex hominum mellita poësis Depinxit studium, quorum datur optio cunctis.
Falluntur tamen optando plerique sequaces. Luxus habet multos, honor, & sapientia pau-
cos, &c. (Nupta sororque) Et soror, & coniux Louis Iuno, scilicet. (Contempcta est uirtus)
s. bellica, quæ sine sapientia non recte administratur, unde Pallas tam sapientiæ, quam bel-
lorum Dea est. (Nec piger, aut unquam stulte elegit uidebor) supple mihi, uon uegar qn
elegerit stulte, led tamen amanti non ita uideretur, unde excus fingitur amor. (Spē modo) i.
dummodo, reperit autem, unde incepit. Quæ rata sit &c. (Non ego coniugium) Docuit
licitum esse, quod perit, quia diuino monitu, & promissu, docet etiam ex persona sua, quia
non minus nobilis sit, imo nobilior, & ditionis, & formosior. & tali semina dignior, quam Me-
nelaus, deinde quod eam non ad concubinatum, sed ad coniugium poscit. Nobilitatem au-
tem Phrygum probat ex Ganymede deorum pincerna, Tithono Aurora coniuge, & Auchi-
sa Veneris amato, imo (si Heleno Virgiliano credimus) Coniuge, dicit enim. Coniugio An-
chisa Veneris dignate superbo.

H V B. **T**vrpiter) Dede corose,
sed cū magna laude tua.
(Pleiada) sue genealogiæ ue-
tust atem repert à Ioue, & E-
leætra. Nam Iupiter concu-
būc cum Eleætra filia Atlanti-
cis quæ fuit una ex septem Ple-
iadibus, quæ in cœlum, in stel-
las translata sunt, & ex ea ge-
nuit Dardanum, à quo Troia-
ni originem, & nomen ducit.
Ouid. in Fast. Dardanon Ele-
ætra quis neficit Atlantide na-
tum? s. Eleætra cōcubuisse Io-

Nec mea (crede mihi) turpiter uxor eris.
Pleiada, si queras, in nostra gente, louemque
Inuenies: medios ut taceamus auos.
Sceptra parens Asis, quæ nulla beatior ora est:
Finibus immensis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes, atque aurea tecta uidebis:
Quæque, suos * dicas templæ decere deos.
Ilion aspicies, firmataque turribus altis
Mœnia, Phœbæ structa canore lyrae.
Quid tibi de turba narrem, numeroque uiro: um?
Vix populum tellus sustinet illa suum.

Occur-

Occurrent denso tibi Troades agmine matres:
Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices: quam pauper Achaia nostra est.
Vna domus quævis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere uestræ:
In qua tu nata es, terra beata mihi est.
Parca sed est Sparte: tu cultu diuite digna:
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine paratisbus uti,
Delitiisque decet luxuriare nouis.
Cum uideas cultos nostra de gente uirorum:
Quales Dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem: nec deditnare maritum
Rure Therapno nata puella Parygein.
Phryx erat nostro genitus de sanguine, qui nunc
Cum Diis potando nectare miscet aquas.
Phryx erat Aurora coniux: tamen abstulit illum
Extremum noctis quæ dea finit iter.
Phryx etiam Anchises: uolucrū cui mater amorū.
Gaudet in Idæis concubuisse iugis.
Nec puto collatis forma Menelaus, & armis,
Iudice te nobis, antcerendas eris.
Non dabimus certe locerum tibi clara fugante
Lumina, qui trepidos à dape uertat equos.

(Vna domus) Quælibet sola domus nostræ regionis habebit opes unius uestre urbis.
(Nec mihi) Ne uideatus spernere Greciam, dicit se uenerari plurimū Lacedæmonia terræ
natalē ipsius Helenæ. (Sparten) Lacedæmonia. (Beata) Felix. (Mihi) Iudicio meo. (Parca)
Non luxuriosa, neque sumptuosa in uestibus. (Tu digna cultu diuite). i. tu mereris ornatum
sumptuosum. Non facit. Non conuenit. (Paratisbus) Organib[us], cultib[us]. (Sine fine) Infinita.
(Luxuriare) Abundare affluere. (Cum uideas) Sumit argumentum ornatū mulierū
ab ornati uirorum, qui solēt eis nūnius deliciis, cū ergo uideas uiros ita cultos. (Qualē)
q.d. multo sumptuosiorē, & splendidiore. (Nutus) Puellas. (Facilem) Exorabile nō du
ram, ut, Faciles uenerare Napeas. (Rure Therapno) Therapne Laconicæ oppidū est. (Pó
ponius Mela in Laconide Therapne, Lacedæmon, Amycle. (Phryx erat) Laudat Phrygum
nobilitatem. (Qui nunc diis potando) Ganyuiedem intelligit. Hic filius fuit Trois re
gis Trojani, amatus à Ioue, qui cū in Ida uenaretur, à Ioue in formam Aquilæ transi
gurato raptus est, & expulsa Hebe, quæ sibi ministrabat, pincernam suum instituit. Ouid.
lib. 10. Met. Acripi Iliaden, qui nunc quoque pocula miscet, Inuitaque Ioui nectat Iunō
ne ministrat. (Nectar) Nectar potis est deorū. (Aurora coniux) i. Tithomus. Is si acer fuit
Laomedontis, qui ab Autora amatus ex ea genuit Memnona, quæ postea in auxiliū Troia
nrum misit. (Quæ finit extremū iter noctis) Quia Aurora tener cōfinia lucis, quæ inchoa
at & no[n] sit, quæ finit. (Aucti:ses) Is filius fuit Capis, formosissimus, amatus à Venere, cum
quo concubens in mōte Ida posset apud Simoēnta fluiū genuit Aen. (Voluctū) Velociū,
habentia alas. (Amoris) Sunt enim gemini, ut albi diximus. (Gaudet) Quasi te honesta. uñ
& apud

& apud Virg. Cōiugio Anchisa Veueris dignate superbo. (Iugis) Vertice. (Nee puto) Lau
dat se à pulchritudine, & fortitudine, quibꝫ duabus rebus pr ponit se Menelao. (Collatus)
Comparatus. (Iudice te) Iudicio tuo. (Non dabimus) Ita laudat se, ut deprimat pat re Me
nelai dicit. n. s  non habere patrum, qui sit futurus socer Heleus, qui filios coixerit, & Sol 
eos sceleris fugauerit. (Fugantem) Repellentem. (Teepidor) Vel territos, uel festiuos. (Adi
pe) A coniuio suo scelerato. Fabula hoc habet, Atreus & Thiestes fratres fuerunt, filii Pe
lopis. Atreus uxorem habuit Aeropen nomine, quam cum frater Thyestes ardenter ama
ret cum ea concubuit, quod cum frater intellexisset, in ultionem huius sceleris filii coxit,
& comedendo fratri apositus assimulata cum eo concordia. hanc rem ne Sol uideret, dici
tur auertisse se. De hac re scripta est Tragedia apud graecos. ex Atreo creditur natus esse
Menlaus, unde esset socer Heleus. dicit ergo, non dabo tibi talementum scocerum. qualis fuit
Atreus, qui humanas dapes fratri apponat.

A S C . PLEIA DA). s. Electram Dardani matrem ex qua Iupiter Dardanum genuit Troia
notum progenitorem. (Beator). i. ditior, & melius habens. (Canore). i. cantu sonoro, hic
canor, huius canoris. dicitur. n. Apollo cum Neptuno m via Troiana fabricas conuoca
do saxa ad sonum lirx, quomodo Amphion ad constructionem m nium Thebanorum, un
de Horat. in arte. Dictus & Amphioni Thebanis conditor Arcis Saxa mouere sono testudi
nis, & prece blanda Ducere, quo ueller. Quod ideo fictum est, quia eloquentia, ut dicit Cic.
lib. i. Rhetor. in prefatione, uidelicet uir quadam eloquentia (quem per canor  hic intelli
git) pr editus primus homines silvestres in ciuitatis concordiam, & ad m nia construenda
concurauit, ut in dicto libro attestatur Hora. Neptunus autem, quia aquarum Deus est, ad
iutor suisse dicitur, quia sine aquis non fit conglutinatio, & ad eas descendunt fundamenta,
qua Neptuni sacrantur, unde quia (ut in fabulis est) iustitiam non seruauit Laomed ,
dicitur Aen. 2. Neptunus muros, magnoq  emota tridentis Fundamenta quatit. (Opes ur
bis). i. que sufficiant urbi. (Sparte) Graece, nam Latine dicitur Sparta. (Non facit. i. non est
idoneus locus iste. i. uilis. (Luxuriare). i. superflue in quavis re, unde & segetes nimium
ueget dicuntur luxuriare: & quia habito nimis ampla Venerem excitat, uocamus carnis
petulantiam, Luxuriam. Cum uideas cultus nostra de gente uirorum. Hunc damnat in Ae
nea Larbas Aen. 4. dicens. Et nunc ille Parie cum semiuiro comitatu, Moenia mentum mi
tra crineque madentem Subnixus rapto potitur &c. Et eundem laudat Paris, sed mulie
ri, ueruntamen sunt quibus animus est longe alius, de quibus uidelicet dicit Iuuen. Sat. 6.
Ferrum est, quod amant. (Nec puto collatis forma Menelaus, & armis) Quod summe ne
cessarium erat, incipit Menelaus a morem excludere, sicut Maro dicit, abolere Sichaeum. (So
cerum). s. Thyestem, sed Priamum. Nam a c na Thyestae auertit Sol equos, ad quod allu
dit Dido Aen. 1. dicens. Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.

H V B . Nec pater est id est nec pa
ter Priami, uus meus soce
rum suum interfecit, sicut Pe
lops auus Menelai. diximus su
pra in epistola Hermiones fa
bulam Oenomai patris Hippo
dami , quam Pelops eu. su u
cit. Is autem Pelops, ut regno so
ceri poteretur, eum interfecit.
(Et qui Mytroas) id est nec dabi
mus auum. qui aliquem in ma
re precipitauerit submergen
dum, sicut Pelops Myrtiliu[m] au
rigam Hippodamiz, quo sauen
te eam uicerat, in mare prec
pitauit, a quo mare Myrtoum

Nec pater est Priamo socii de c de cruentus:
Et qui Myrtouas crimine signat aquas.
Nec proauo stygia nostro captantur in unda
Poma: nec in mediis queritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? li tenet ortus ab illis:
Cogitur huic domui Iupiter esse socer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet: amplexu perfruiturque tuo.
At mihi conspiceris posita uix denique mensa:
Multaqueque ledat, hoc qnoq  t pus habet.
Hostibus euenant coniuicia talia nostris:
Exterior posito qualia s pe mero.

Poenitet

Poenitit hospitiū: cum me spectante lacertos.
Imponit collo rusticus ille tuo. (rem)
Rumpor: & inuideo quid nūc tamen omnia nar
Membra superiecta cum tua veste souet.
Oscula cum vero corām non dura dare: is:
Ante oculos posui pocula sumpta meos.
Lumina demitto, cum te tenet arctius ille:
Crescit & in uito latus & in ore cibus.
Saxe dedi gemitus: & te lasciuia notaui,
In gemiu risum non tenuisse meo.
Sepe mero volui flammam compescere: at illa
Creuit: & ebrie: as ignis in igne fuit.
Multaque ne videam, versa ceruic recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos,
Quid faciam, dubito: dolor est meus illa videre:
Sed dolor à facie maior abesse tua est.
Qua licet, & possum luctor celare furem:
Sed tamen appetet dissimulatus amor.
Nec tibi verbā damus: sentis mea vulnera, sentis:
Atque utinam soli sint ea nota tibi.
Ah quoties lacrymis venientibus ora reflexi:
Ne causam fletus quereret ille mei.
Ah quoties aliquem narrauī potus amoreū,
Ad vultus referens singula verba tuos.
Indiciumque mei ficto sub nomine feci:
Ille ego, si nescis, sterus amator eram.
Quin etiam, ut possim verbis petulantibus vti:
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Frodisa sunt (memini) unica tua pectora laxa:
Atque oculis aditum nuda dedere meis:
Pectora vel puris niuibus, vel lacte, tamenque

nelaus natus ab illis. (Tener te) Placer tibi. (Cogitur) subaudi, si. (Iupiter cogitur esse so-
cer huic do.) i. contra voluntatem suam cōpellitur esse socer ipsius Menelai, qui est de geu-
te ita scelerata, & impia, tam si Helena, qui est filia Iouis, si eius vxor, necessario Iupi-
ter erit eius socer. (Heu facinus) Pergit adducere eū in odium. (Indignus) Qui non mere-
tur galē vxore. (Mihi) q.d. qui te anio ex corde. (Vix deniq) i. etiā cū difficultate. (Posta)
Parata. (Hoc tēpus) Mensx, & tene. (Quz lzdāt) Quz displiceant. (Eueniāt) Optatis est.
(Talia) Ita acerba. (Poenitit hospitiū) i. poenitit me esse in ea domo. (Rusticiu) In cultus, li-
ne moribus, & blanditijs. (Rumpor) i. dolore (Cūille) Menelaus. (Fouet tui mēbra veste su-
periecta), i. cū te amplecti, & tenet in vlnis sub veste sua. (Quid nūc) H.c dicta sunt p pa-
rēthehim. (Nō dura) Moll a, & lasciuia. (Posui pocula ante oc) Ne viderē (Demitto) Incli-
no. (Arctius) Strigilius. (Crescit in ore cib) vñ crescere, quia pr̄x dolore comedere nō possū.
Iuuic. Interē molates difficulte crescentē cibo. Ex anxietate. n. cib. in ultū cōmasticat*, & cōmā

dictum est. hęc fabula loco supra
dictio narrata est. (Nec proauo)
Anūplificat odium gentis Mene-
lai, diēs, nec proauus meus dam-
uatus est apud inferos eadem pe-
na, vt aquam usque ad os habeat
& poma, neque tñ bibere, aut co-
medere possit, sicut Tatalus pro-
auus Meuelai, Tantalus enim cū
esset familiarissimus deorum, &
Iouem cuni ceteris dijs ad conui-
uium inuitasset, dicitur Pelope
filium suū coxiile, & deis conve-
ndū apposuisse, vt eorum diui-
nitatem tentaret, à quo oēs absti-
nuerūt excepta Cerere, quz hu-
merū eius consumpsit. postea cū
ad vitā reuocare vellent, hume-
rus est ei eburneus restitutus: vñ
de Virg. Humeroque Pelops in-
signis eburno. Inde Tatalus hac
pena damnatus apud inferos di-
citur, vt nec vndis, nec pomis tā-
gentibus ora perfruatur. Sunt ta-
men, qui eum hac pena non pg
cedem filij, sed quia indicauerit
arcana deorum, daninatum pu-
tēt, quod quidē Ouid. in 1. Am.
signat. Qux rī aquas in aquis, &
poma fugacia capiat. Tantalus,
hoc illi gartula lingua dedit, &
idem lib. 4. Am. Sic aet medijs
tacitis vulgariter in vndis. Poma dit O-
que, quz nullo tempore tangat, ui.z. de
habet. Euripides dicit eū sulpen Arte a-
sum in acre, propterea quod ad-
uersus deos esse maledicū.
*(Quid refert?) Quid interest?
quid mihi prodest, maiores Me-
uelei tales esse? (Si ort*) i. si Me-
uelei

Sus vix potest demitti per fauces. (Notauit) Aduerti. (Compescere coercere. (Ebrietas sicut ignis in igne) Quia ex vino crescit amor. Ouid.lib.3.de Arte. Cum veneris puer non male Bacche facis. Idem: Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos; unde Paulus apostolus. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. (Recumbo) Discumbo ad mensam, (Ceruice versa) Verso capite in aliam partem. (Protinus) Si statim, quia non diu possum manere, quin te aspiciam. (Maior). s. quam videre. (Abesse) Discedere. (Qualiter) Quatenus licet. (Lugor) Conor. (Dissimulatus) Occultatus. (Necclanus verba) Nec te decipimus. (Tibi soli) Ne aliis aduertat. (Reflexi) Retrolexi, ne videret lacrymari. (Ipse) Maritus tuus. (Portus) Cum bibissem. (Aliquem amorem). i. amorem alicuius. (Referens) Conuertens. (Ad tuos vultus) Ut intelligetis me ea dicere propter te. (Indicium) Demonstrationem mei ipsius. (Sub nomine ficto) Nam cum alium nominarem amitem de me significabam. (Ille) Cuius amorem narrabam. haec autem omnia esse facienda ab amore ostendit Ouid. libr. 2. de arte. Hic tibi multa licet sermone latenter recto Dicere, quae dici sentias illa sibi, Blanditiasque leues tenui prescribere vino, ut dominam in mensa se legat ille tuam, Atque oculos oculis spectare et fatentibus ignem, &c. (Petulantius) Licentius, audacius. (Non semel) i. sepius. (Simulata) i. ostendit me esse ebrium, quod Ouid. in 2. de arte praecepit. Ebrietas, ut vera nocet, sic facta iuuabit. Fac tuber bleso sub dola lingua sono. Et quidquid dices facies ue proterius aequo: Credatur nimum causa fuisse merum. (Prodita) Aperita. (Tunica laxa). i. veste laxata, & largius aperta. (Nuda) s. pectora. (Dedere aditum oculis) i. visa sunt oculis meis. (Pectora) Laudat pulchritudinem, & candorem eius pectoris, dicit potuisse comparati vel nimib[us] intactis, vel laeti, vel ei cygno, in quem Iupiter transformatus concubuit cum Leda eius matre, eum cuim omnes cygni sunt candidi, credibile est, illum fuisse candidissimum.

A S C. **N E C pater**. s. Pelops Thylex pater, qui Plistheum genuit, unde Agamemnon, & Menelaus natu sunt, quamuis Atride dicantur. (Nec proauo). s. Tatalo, qui proauos est Menelai, quia pater Pelopis. (Cogitur huic) s. tam scelestes (Domini) i. familiaris. (Iupiter esse socius) q.d. tam bonus deus, qui Iupiter dictus est. i. iuuans pater. indignum ergo censem Helem nam filiam Iouis ex Leda Tyndari vxore progenitam, in tam scelestam familiam detrusam, innuens contra se ea dignum, quidque qui de sanguine Iouis ortus sit. (Et te lasciva) Per gratiam petulantiam, libertatem, ac proteruam hoc profert Paris, quasi inuidia percitus & Zealotypia & flaus, qua re nihil gratis amantibus. Sic Maro. Malo me Galathea petit lasciva puella. (Ebrietas) i. superabundantia vini. (Fuit ignis) i. incendium. (In igne) i. in amore, (Aut Ebrietas ignis) i. amoris. (Fuit in igne) i. indignationis. (Quid faciam dubito) Amatorie docet cruciatum suum, cum neque videre, neque nos videre patiatur eam, nam videnti dolor a rustico tractari, non videnti, non posse talen vultum contemplari. (Narravi potus) Quia post pocum & lasciva narrari solent, & liberius, incautiusque, unde Flaccus dicit. Reges dicuntur multis virginibus cululis, Et torquere mero, &c. (Prodita sunt) Qui a gaudet sumo pere formose laudari, laudat eam a forma, & lepore corporis.

H V B. **D**um stupeo. i. vix sum a pudore. (Visis) s. pectoribus tuis. (Ansā) dicitur in proculis ea pars, qua manu capitur, & tenetur poculum, Virgi. in Buc. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa, nam manubrium, & capulum de gladiis dicimus. (Tortilis) Fiebat enim ansa torta. (Excidit) id est cecidit a manu. (Nam pocula) Per parentes sim legendū est. (Nate) Filius que Hermione. (Ego tuli illa) id est ego osculabar illam, ubi tu de-

Complexo matrem candidiora Ioue.
Dum stupeo visis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis a digitis excidit ansa meis.
Oscula si natæ dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modo cantabam veres resupinus amores:
Et modo per nutum signa tegenda dabam.
Et comitū primas Clymenēque, Aethrāque tuarū
Ausus sum blandis nuper adire sonis.
Quæ mihi nil aliud, quam formidare locutæ,
Oranti medias deseruere preces.

Dii facerent, precium magni certaminis esses:
Teque suo posset uictor habere toro.
Vt tulit Hippomenes Schœneida præmia cu:sus:
"Venit ut in Phrygios Hyppodamia sinus.
Vt ferus Alcides Acheloia cornu:a fregit:
Dum petit amplexus Deianira tuos
Nostra per has leges audacia fortiter islet:
Teque mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil supereft:nisi te formosa precari:
Amplecti que tuos, si patiarc, pedes.
O decus, o piæ sens geminorum gloria fratum.
O Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores.
Aut ego Sigæos repetam te coniuge portus:
Aut hic Vænaria contegar exul humo.
Non mea sunt summa leuiter districta sagitta
Pectora:descendit uulnus ad ossa meum.
Hoc mihi(nam repeto) fore, ut à cœleste sagitta
Figar, erat nerax uaticinata soror.
Parce datum fatis Helenæ contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua uota deos.
Multæ quidé subeūt: sed corā ut plura loquamur,
Excipe me lecto nocte silentे tuo.
An pudet:an metuis uenerem temerare maritā?
Castaque legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helenæ, ne rustica dicam,
Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est:
Is est cum forma magna pudicitia.
Iupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis:
Hac tibi nempe patrem furtæ dedere Iouem.
Vix fieri, si sint uires in semine amorum:
Iouis & Ledæ filia, casta potes.

tardaretur, parens igitur eius præceptis unum in obliquum coniecit, ad quod primum capicudum Atalanta à cursu diueitit, mox alterum, & post remo territum, quæ omnia dū pueli cupida attollere curat, cursu ab Hypomenè est præuenta, & superata, postea ingratu ad versus Venerem fuit, quare illa indignata impatiens libidinis in eos immisit, ita ut in loco sacro Cybele matri deorsum concubuerint, ob quam causam in leones conuersi sunt à Cybele, ut scribit Ouid, lib. i. o. Met. Dicit ergo Paris, quod sicut Hippomenes non territus conditione mortis certamine cursus Atalantam meruit, ita & ipse id faceret pro Hele. (Alcides Hercules (Cornua Acheloia). i. cornua Acheloi, q. & ipso p Deianira certauit, dictu est i epistola Deianire in eo loco, Ne piceat, pugna bis tibi causa fui Cornua flēs legit rapi dis Achelous in undis. (Nostra) subauditur lic. (Per has leges) Per tales conditiones aulus eissem

deras oscula tua. (Modo) Interdum. (Tegenda) Cælinda. (Personatus) Vi ipse in i. Amor. Me specta, notusque meos, uultumque loquacem. (Primas) id est *Addū-præcipas, & tibi intimas. (Aethræ) Hæ creditur suisse mater Thesfæ, ut alibi diximus. (Adite) Alloqui, hoc præcepit Ouid, in i. de Arte. Sed prius ancillam captate noſte puellæ Cura sit, accessus mollet illa tu os. (Quæ) Comites tuæ. Non lo curæ aliud), i. aliud respondentes. (Quam formidare) Quam se timere. (Deserere medias preces). i. noluerunt audire omnes meas preces. (Precium certaminis esses) id est ut propone-reris precium ei, qui te in aliquo magno certamine vincendo con-sequeretur. (Vt tulit) Sumit exempla quorundam, qui certa-runt pro amore, quos dicit se es-se imitaturū. (Schœneida) Atalantam filiam Schœnei, quæ cū ab oraculo accepisti, ut uitaret coniugium, cum esset pernici-ate pedum præstantissima, & mul-ti eam uxorem peterent. hanc co-ditionem procis, imponebat, ut à se currendo uicti morte plecte-rentur, uictor eius coniugio potiretur. Cum igitur inter multos, qui eam petebant, adesse Hippomenes illius pulchritudi-ne incensus, uenerem in auxiliu rogarit, quæ ex Damasco-no agro Cypri tria mala aurea ei atulit, monuitq; ut intercur-rendum uirginis ea obiiceret, so-re euim ue illorum cupiditate

*Addū-
tur i ali-
quibus
hæduo
carni .
næ.
Que &
pero
cursu vi
cerat an
te pro-
cos. Sic
& tu
Phrygi
as ueni-
es regi-
na per
urbes.

P A R I S

Essem ire.(Te esse opus mei laboris).i.té meo labore esse comparandam.(Nil supereft) Nil
 est at, quia non proponeris talibus certaminibus.(Amplecti pedes)Quod precantes facere
 solent.(O deus)Precatur eam,& laudat simul.(Fratri)Castoris,& Pollucis.(Digna loue
 viro.)Digna, quæ esses uxor Louis, nisi esses filia(Sigæos)Trojanos.(Te coniuge)Te abdu-
 eta mecum in coniugem.(Aut cõtegit)Sepeliar.(Humo Tzarea)In hac tua terra Laconi-
 ca.(Exul)N unquam amplius domum reuersus.(Districta)Percussa. Leuitir)Parum, sed
 uehementer.(Vulnus)Amoris.(Ad ossa)In medullas.(Hoc)Ostendit amor suum esse fa-
 talem, quem dicit prædictum sibi suisse à Cassandra sorore sua diuinatrice.(Repeto)In me
 moriam reduco.(Fore)Futurum esse.(A fagitta cœlestis) i.ab amore cœlestis mulieris. no-
 ratus est autem hic ablatus cœlestis in e cōtra regulam desinens necessitate metri.(Par-
 ce)Serua noli.(Helene) Vocabitus est à nominatiuo Helene.(Sic)Adiuratis est.(Faciles)
 Exorabiles,benignos.(In tua uota)Ad ea, quæ optaueris.(Subeūt)Succurrunt,ueniunt in
 mentem,qua possem scribere.(Coram)Præsentes.(An pudet)Excipere me lecto tuo?(Le-
 gitimi)Menelai, quem legitimam tibi putas.(Simplex)Imprudēs.(Ne rustica dicam q.d.
 quod eriam possum dicere, si habes hunc timorem.(Haue)Talem tam pulchram.(Putas)
 q.d.falleris.(Mutes faciem)Ut non sis pulchra,(Non dura).i.facilis.(Lis est)Sententia est
 rhetorica,pudicitia,& pulchritudo non concorditer simul esse possunt.Iuuen.Rara est adeo
 concordia formæ atque pudicitiæ.(Furtis)Adulterijs.(Hæc)Talia.(Iouem patrem tibi)
 Quia nisi mater tua, quæ uxor erat Tyndarei cum loue concubuisse, non esset pater tuus.
 (Vix fieri)Latenter ostendit filios,filias ue trahere mores à parentibus,dicit enim cum sis
 filia Louis, & Ledæ, qui adulterio delectati sunt, uix potes esse casta Ordo.Tu filia Louis, &
 Ledæ uix potes esse casta.(Si uiires amorum sunt in semi).i.sunt in generatione.i.si filij tra-
 hant uim amoris à generatione parentum.

A S C. IOVE complexo matrem)Quia conuersus in cygnum complexus est Ledam, quæ ex-
 eo,& Tyndaro duo oua concepit,ex quoru altero natus Pollux,& Castor . unde Horatius,
 ouo prognatus eodem,& cetera.Creditur tamen Castor Tyndari filius , & ob id mortalis
 fuuisse.(Ansæ)Est,qua capitul poculū,in Bucolicis,Et grauis attrita pendebat cantharus an-
 sa.Erant autem aliquando ansæ tortiles,i.intortæ,& interdum sculpsæ.Vnde in eisdem.Et
 molli circum est ansæ amplexus acantho.(Et comitum primas).i.principes inter pedis-
 quas,ac comites tuas,quia ab illis(ut Ouid.in arte docet)Auspicadus est amatoribus adi-
 tus.(Quæ non locuta mihi aliud,quam formidare)Supp. se.(Deferuere medias preces orā-
 tis).i.me,hoc est preces meas oraniis eas, & ita significat longe aliud respondisse,sed mina-
 tas fuisse illi mortæ,si amplius loqueretur,nec uoluisse auscultare,unde quia secula est uia
 per eas,exclamat,q.d.O utinam dij sacerent,&c.(Dij saceret)Subaudi utinam, q.d.si daref
 aliqua tui acquirende uia,adirem,etiam cù uitæ periculo,sicut Atalantam acquisivit Hip-
 pomenes,& Deianiram Hercules,ut in Deianira prætactum est.(In phrygios sinus)Hos
 uersiculos non omnes codices habent,immo paucissimi.(Vt à cœlestis)Rara declinatio,nā
 cœlesti regulariter dicitur,uerum sicut cœlestis licenter dixit,ita & in genitiuo plurali cœle-
 sti,pro cœlestium,sicut & Maro.Cœlestum uis magna &c.(Lis est cum forma)Sic Iuuen.
 Rara est concordia formæ,Atque pudicitiæ.

H V B. **C**asta tamen) Dicit nunc ue-
 li fallas maritum tuum: sed
 cum eris mecum, sis casta , & cū
 nullo peccas, nisi mecum . (Ea
 conimitamus.(Quæ hora iuga-
 lis corrigit) id est quæ postea
 emendabit matrimonium,& fa-
 ciet non esse peccatum, corrigi-
 tur enim adulterium cum adul-
 teri legitimo copulantur ma-
 bit,idei tririmonio.(Non uana) Non fal-

Casta tamen tunc sis:cum te mea Troia tenebit:
 Et tua sim quæso crimina solus ego.
 Nunc ea peccemus,quæ corriget hora iugalis:
 Si modo promisisti non milii uana Venus.
 Sed tibi & hoc suaderet, rebus, non uoce,maritus:
 Neue sibi furtis hospitis obest,abest.
 Non habuit tempus, quo Cressia regna uideret
 Aptius:ò mira calliditate uirum.
 •Exit:& Idæi mando tibi,dixit iturus.

Curam pro nobis hospitis vxor agas.
 Negligis absentis (testor) " mandata mariti:
 Cura tibi non est hospitis villa tui.
 Huncce tu speras hominē sine pectore, dotes
 Posse satis formæ Tyndari nosse tuæ?
 Falleris: ignorat: nam si bona magna putaret,
 quæ tenet: ex externo crederet illa viro?
 Ut te nec mea vox, nec te meus incitet ardor:
 Cogimur ipsius commoditate frui:
 Aut erimus stulti, sic, ut supremus & ipsum:
 Si tam securum tempus abibit iners.
 Penè suis manibus ad te deduxit amantem:
 Vt ece mandantis simplicitate viri.
 Sola iaces viduo tam longa nocte cubili:
 In viduo iaceo solus & ipse toro.
 Te mihi, meque tibi communia gaudia iungant.
 Candidor medio nox erit illa die.
 Tunc ego iurabo quæuis tibi numina: meque
 Astringam verbis in sacra iura meis.
 Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri:
 Efficiam, præsens ut mea regna petas.
 Si pudet: aut metuis, ne me videare secuta:
 Ipse reus sine te criminis huius ero.
 Nam sequar Aegidz factum, fratrumq; tuorum:
 Exemplo tangi non propiore potes.
 Terapuit Theseus: geminas Leucippidas illi:
 Quartus in exemplis annumerabor ego.
 Troica classis adest armis instructa, virisque:
 Iam facient celestes remus, & aura vias.
 Ibis Dardanias ingens regina per vrbes:
 Teque nouam credet vulgus adest deam.
 Quaque feres gressus, adolebit " cinnama flâma:
 Cælaque sanguineam victimâ planget humum.
 Dona pater, fratresq; & cum genitricie sorores,
 Iliadesque omnes, totaque Troia dabit.
 Hei mihi vix a me pars dicitur villa futuri:
 Plura feres, quam quæ littera nostra refert.

Hæc mihi te abducit tenebris, multoq; timore. Coniungit nostras clam taciturna manus.
 (Sola) Dicit esse conuenieus, ut ei morem gerat, & vno lecto coniungantur, quia ambo soli
 dormiū. (Comunia) Que vterq; capiemus. (Gaudia) Voluptates. (Candidor) i.e. erit mihi
 ita iucunda, ut videat esse lxtior medio die. (Quæuis) quælibet. (In sac. iu.) s. matrimonij. i.e.
 obligabo

sa, quod sis futura 'vxor mea. mando
 (Sed tibi) arguit à cōmoditate, tibi(dì-
 q; absentia mariti ei p̄stat. (Re-
 bus) Effectu. (Non voce) Quia
 non dicit tibi, vt hoc facias, sed si * Man-
 gnificat se esse contentū, cum me
 hic p̄ste discessit. (Et abest) ne
 obſlet furtis sui hosp.). i. ne pre-
 ſentia ſua i. impedit amorem, &
 concubitum meū tecum. (Cres-
 ſia) Cretenſia. Nam vt dixi, Me-
 nelaus profect' fuerat in Cretā,
 quo tpe Paris in eius domo ho-
 spitatatur. (O mira cal.) Pro mi-
 re calliditatis, & astutiz, & ironia,
 q.d.ò simplicē, & stultū ho-
 minem. (Ipse,) q.d. stultus. (Itu-
 rus) Abiturus. (Dixit à vx.) O
 Helena. (Mando) Committo tibi,
 & precipio. (Hospitis Idzi)
 Paridis Troiani, ab Ida monte
 Phrygiz. (Negligis) quia ei non
 pares. (Tyranni) Regis, ut Virg.
 Pars mihi pacis erit dextram te
 tigisse tyranī. Legiſ tñ etiam hic
 mariti. (Huncce) Adducit Me
 nelaū in contempnum dicēs esse
 fatuū, & stultum qui nō possit co-
 gnoscere pulchritudinem ipsius
 Helenæ. (Huncce) pro huc ne.
 (Sine pe.) i. sine sapientia. Hor-
 in epist. Non tu corpus eras sine
 pectore. (Dotes) Precium excel-
 lentiam. (Tyndari) O Helena.
 (Magnab.) s. pulchritudinem.
 (Non er.) Non cōmitteret. (Vt)
 Quamuis. (Mea vox) mea verba
 & est sensus, licet nec verbis meis,
 nec vehementer meo erga te a-
 more exciteris, tñ est fallendum *Cinna-
 maritus tuus, & debes mihi mo-
 rē gerere, quia simplex est, & stu-
 dēque tus. (Ut superemus & ipsum). i.
 vt simus etiā ipso stultiores. (In-
 mers) idest sine effectu amoris, &
 concupitius. (Amanem) Me. (Pe-
 romane) Ferè suis manibus, quod so-
 lēt facere leones, & leni. Tibul.
 ex fruti-
 ce, vide
 Plin. li.
 20.c.30

P A R I S .

obligabo me futurum semper maritum tuum. (Petas mea reg.) i. venias in Troiam. (Si pudet, Occuri it obiectio.) (Ne videas e sec. me). i. ne videaris ipote' discissio. (Ipse ero reus). Volo oem culpam huius facti in me transferri. (Sequar) Imitabor. (Aegid.e) Thesoi. (Frater tuorum) Castoris, & Polluci. (Te rapuit) Diectum est supra. (Illi) Castor, & Pollux. Gemini nas Leucippidas). i. duas filias Leucippi subaudi rappuerunt. Fabula autem hoc habet. Leucippus duas habuit filias Phoeben, & Elajram, quae desponsatae Ide, & Lynceo inuenibus soribus, die nuptiarum a Castore, & Polluce carum amore accessus rapte sunt, cum Castora Lynceo interficunt dicunt. hanc fabulam scribit plene Ouid.lib. 5. Fast. & eam breuite tegit Propter. Eleg. 2. his verbis. Non si Leucippus succedit Castora Phoebe, Pollucem cultu no Elaira soror. (Propiore) Quam fratum tuoruni. (Tang) Moueri, incitari. (Troica) Arguit a facilitate descendendi, dicit enim se habere omnia parata. (Ibis) Pollicetur ei in agnos honores in regno Troie. (Quaq; feres) Dicit quod ei hent honores, tanq; dex. (Adolebunt) Cremabunt. (Ciniamma) Genus est aromatis odoriferi ex arbuseula, quam Aethiopia mittit. (Cesa) Interfesta sicut numinibus. (Planget) Percutiet, cum in terram cader. (Donna) Allicit eam munerum pollicitatione. (Iliades) Troianas mulieres. (Tota Troia) Continenis pro contento. i. omnes Troiani. (Villa) i. minima. (Feres) Accipies.

A S C. SED tibi & hoc suader &c. Docet maritum quasi consentientem opportunitatem se cisse, qui in Cretam proficiscens hospitem domi sua derelictum coniugi tam formosae commendauerat, vñ per ironiam manifesta exclamat, o mira caliditatem virum. (Huncine, &c.) Argute probat Menelaum esse indignum tam formosa coniuge, nam pulchritudo & formia potest lati coli, & amari ab eo, qui cani ignorat, quemadmodum Menelaus, qui tam stolidus, atq; rerum imperitus erat, vt coniugem hospiti, atq; hospitem coniugi commendaret, vocat ergo hominem sine pectori, idest sine corde. Nam in pectori, & corde videtur prudenter, vnde cordatos vocamus, quibus res sux cordi sunt, atq; eas prudenter curant. (Tyndari) Patronymicum putatuum putabatur enim Tyndari filia, est ergo vocatus a nominatio tuo Tyndaris. (Commoditate ipsius). i. quam ipse nobis per absentiam suu prestat. (Aut erimus stulti) si. i. tam ex peccata in opportunitatem in vacuum transire sinamus. (Tempus securum) In quo nos securi esse possumus, cum absit maritus, & hospito tuo suscepsum. (Vtere mandantis supplicatione viri) i. tam simpliciter, hoc est sine caliditate obsequere, vt ille mandauerat. (Cadidior), i. melior, & aptior, quia bona tempora candidis lapillis signabant Cretes, & Thracias. (Ipse reus sine te) i. in me omnem culpam assumam, nec dicam te sequitur me, sed rapta am me. (Factum, Aegid.e) i. Thesoi, qui ipsam prius rapuerat, vt ipse declarat per sequentia. (Troica classes adeat) Docet faciliter rapi posse, & difficulter repeti, rapta quoque magis veneratum iri, quam dimissam, cum pro dea apud Troiam habenda sit. (Adolebunt) i. incident, cremabunt. (Victima planget humum sanguineam) i. quam sanguineam faciet plangendo. i. concutiendo eam pectori suo. Vnde planctus proprius cum percussione pectoris, sicut de Anna dicitur Aeneid. 4. Vnguis ora soror sedans, & pectora palmus. (Hei mihi) Dici solet, quando rebus dicendis impar est, qui dicit. (Vt, ei mihi) Qualis erat, quasi dicat eloqui ne ciem.

H V B. Nec occurrit obiectio, & Neani refutat, quod nulla bella propter eam mouebuntur, & probat id exemplo multarum, que raptae sunt, nūquam tamen ecqua reperiit. (Conciter) Commoueat contra me. (Quo) q.d. nullita. * Et tu fa. (Nominis Aquilonis) Hislo- ta a bel- riam tetigit, non fabulam. (E- chtheus rex Ateniensium) filia dua habuit formosissimas qua-

Nec tu rapta time, ne nos sera bella sequantur; Concitet & vires Grecia tota suas. (mag) Tot prius abductis, que nam est repetita per ar- Crude mihi, vanos res habet ista metus. Nomine reperunt Aquiloris Erechthida Thra- * Tuta tamen bello Bistonis ora fuit. ces: Phasida puppe noua vexit Pegasus Jason: Læsa nec est Colcha Thessala terra manu. Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theseus; Nulla

Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
Terror in his ipso maior solet esse periclo:
. Quæq; timere libet , pertimuisse pudet.
Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum:
Et mihi sunt vires:& mea tela nocent.
Nec minor est Asia, quām vestræ copia terræ:
Illa viris diues, diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quām Paris: aut armis anteferendus erit.
Pene puer casis abducta armenta recepi
Hostibus : & causam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes vario certamine vici:
In quibus Ilioneus, Deiphobusq; suit.
Ne ue putes , non me nisi cominus esse timendū:
Figitur in iussō nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ:
Instruere Atridem non potes arte mea.
Omnia si dederis : nunquam dabis Hectora fra-
Vnus is innumeris militis instar erit. (trem:
Quid valcam, nescis : & te mea robora fallunt:
Ignoras, cui sis nupta futura viro.
Aut nullo igitur bellii repetere tumultu:
Aut'cedent Marti Dorica castra meo.
Nec tamen indigner pro tanta sumere bellum
Coniuge : certamen præmia magna moueunt.
Tu quoque si totus de te contenderit orbis:
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modo non timida , diis hinc egressa secūdis,
Exige cum plena munera pacta fide .

quando hæc scribebat erat in Græcia. (Plus animi) Plus audacie. (Anteferendus) Preponendum mihi. (Pene puer) Narrat testimonia sua probitatis, & fortitudinis, incipiens vñq; à pueritia. (Pene puer) Adolescens, qd; huc teneræ etatis. (Recepi) Recuperaui. (Cælis) Interfectus. (Causam nominis) Fallantur multi qui credunt eum ob hoc dictum Parin à patritate, cum dicto græca non deriuetur à latina, sed vt Porphyrius in lib. 1. Iliad. scribit Paris dictus est à πατέρι verbo græco, quod est transeo quoniam fatalem mortem transiuit, cum expositus à matre, à bulbuco nutritus est, postea Alexander dictos est, quasi auxiliator vir, ἀλλο τὸν ἀρδεός id est à viro, & ἀλλαγή id est auxiliator, quod futurum facit ἀλλαγή, quia hostibus armenta abducuntibus (vt nunc refert) auxilium suis tulit, & armenta recuperavit, ex quo hoc, quasi agnomen meruit. (Causam nominis) Quia dico Alexander. Inde ab auxilio dato. (Vario certamine) In ludis agonialibus, diximus in argumento primæ epist. lx (Ilioneus) Qui non solum eloquentissimus, sed & fortissimus fuit, vnde & Virgil. Maximus Ilioneus. (Deiphobus) De quo Virgil. Deiphobe armipotens genus alto à sanguine diuum. Fuit enim bellicosissimus. (Nisi cominus) i.e. certamine, in quo prope, & manu so

rum Procris nupsit Cephalo, vt supra diximus in epistola. Plired. alte: am Orihyam nomine cū Rex Thracum vxorem petivis- set, & non impetrasset, ille para- ta & instruēta classe misit, qui eam repereat & quoniam spiran te Boreo vento, quod ex Attica in Thraciā nauigantibus ab- ducta ei datus est locus fabulæ, quod Boreas ventus eam abstulerit. (Nomine) Parte. (Aquin- nis) Borez. (Ora) Regio. (Bisto- nis) Thracia. nominatiuus est casus, & forma patronymici sc̄eniorum generis, est autem Bisto- num flagnum Thraciæ. (Paga- feus) Thessalicus, à pagaseo unu, vnde soluit naue, vt diximus supra. (Phasida) Medeam. (Manu Col.) Exercitu, & virib⁹ Col chorum, narrata est hec fabula supra in in epistolo. Hypsypyles, & in epistolo. Medea ad Iasona. (Mi- noidea) Ariadnem, visa est fabula supra in epistolo. Ariadnes, & in epistolo. Phœdræ. Cretas) Ac cusatiuus est græcus, cuius nomi- natuus est Cres. (Terror) Ti- mor. (Major pericolo) Est secun dum eam sententiam, peior bel- lo timor ipse bellii. (Pudet peri- misse) Est postea pudor peri- misse ea, quæ aliquis voluit ti- mere. (Finge) Pone, fac. (Et) id est etiani. (Mihi) sicut Græcis. (Copia) Multitudo virorum. (Illa) Alia dixit autem illa quia

P A R I S H E L E N A E

lum pugnat'. (Figetur) Locatur. (Loco iussu) Vel ab aliquo, vel mihi placito. (Nō potes) Extollit se, & Menelaum deprimi, ostendens eum non habere hos titulos. (Arte mea, sagittandi. Si quamus. (Hectora fratrem) Talem, & tam fortem fratrem, qualis est Hectora. (Is vnuus) i.solus. (Instar) similitudo. (Innumeris militis) Pro innumerorum militum. i.ipse solus esse potest pro vno exercitu. (Fallunt te) Ignorantur a te. (Cui viro) Quali merito. (Aut igitur) Concludite epistolam inferens ex supradictis, quid aut nō repetitur bello, aut si repetita fuerit, defendetur, & ei erit maxima gloria, quod propter eā Europę & Asia magno bello certauerit. (Tumultu belli). i.motu bellī. (Dorica) Græca. (Cedent) Vincentur. (Magna præmia) Digna, propter quę non debeat me pudere sumere bellum, puderet autem si præmia essent parua, & vilia. (Contenderet) Certauerit. (Dote) Propter te, nam de interdum propter significat. Terent. Quantū me amas de fidicina hac. (Feres) Accipies. Ab extera posterioritate). i.ab omnibus posteris, qui erunt usque ad finem seculorum. (Spe modo) Hor tatur eam, ut non dubitet discedere, & discessura petere ab eo quidquid ipsa voluerit, quod promittit se fidelter præstatum. Ordo est. (Tu modo). i.tatuummodo. (Egreſa hinc) Ex domo Menelai, & ex Lacedemone. (Spe non timida). i.firma, & certa spe, non dubitans de me. (Exige) Reposce. (Pacta) Pronilla tibi a me. (Cum fide pleua). i.plenissime, & sine fraude, vel sine dubitatione.

T O T prius abductis (Argumentum est ab exemplis, idque Rheticum, atque probabile, sed non necessario cocludens, unde fallitur Paris. (Bistoniis ora). i.Thracia. Manu Colcha). i.exercitu Colchico. (Cretas) Accusatius à nominatio Cres Cretis, hi Cretes, hos Cretas. (Quaque timere libet, pertimuisse pudet) Doce, hoc versiculo poëta, quid intersit inter timere, & pertimere, ac consimilia. Nam timere est qualiter cuncti, siue perfecte, siue imperfecte, pertimere ad finem usque consummatione eius, de quo erat timor. Sed ut dixi, nihil est poëta hoc facilius, & expositius. (Finge tamen, si vis &c.) Quia Argumentum ab exemplis inualidum est possetq; dicere Helena se potius repetendam, quam superiores aut quia marito suo carior sit, aut quia maritus potentior cum fratre presertim Agamemuone purgat obiectiouem dicens, etiam si Grecia tota bellum moueat in Troianos, nihil verendum esse, cum maiores vires, & copie sint in Phrygia, quā in Grecia. (Illa viris diues) Alij legūr, Fortibus illa viris diues, abundat equis, & est melior lectio. (Nec plus Atrides) Cōfert spe cialiter se cum Menelao, atq; illi se præsert, ostentans facinora sua egregia. Nā (vt in Troicis scriptit Nero) Paris siue Alexander etiā Hectorem vicit luctando, unde dicit, & causam nominis inde tuli. Est enim Alexáder vocatus ab ἀλέα, verbo, quod significat areca, & ἄλη vir, quasi arcens, & cōstringens in lucta viros. (Cominus) Dicitur, quasi eugen manu, hoc est conferendo manus. Eminus contra, quasi ē manu, quando telum longe iacit. (In loco insiso). i.quem iussero figere, & est rara locutio, vni hypallages habēs. non enim locus iubetur, sed sagitta in locum. (Omnia si dederis) Cōtra Agamemnona Hectorem obicit. (Instar) i.equi ualeans, quasi in statum & valorem. (Tu quoq;) Pollicetur eam insignem fore, si pro ea bellum mouatur, quam laudem mulierculz nouunqnam affectant, nā nihil gloriobius ducunt, quam ob formam multis complacere, sed in te manifestaria finem facio.

IN XVI. EPISTOLAM, ARG: HVBERTINI.

VT alibi diximus, scribis Quid, in 2. de Arte. Qua noluit legisse, volet rescribere amanti Helena igitur tunc Epistola Paridis cum ea delectata esset, dicit ostendens se indignam, non potius tamquam non rescribere, ita lenitas est, & demissa blanditias. Paridis, qua magno artificio conexit. Respondet igitur Epistola Paridis & primum quidem ostendit se valde trahat, quod Paris auras sit eam tibibus scriptis saudante, moxita detegit ingenuum, ut det spem Paridi & quodammodo ei aperiat consilium, & viam usq; posse ea poliri. Ollenditur autem muliebre ingenium varum, & mutabile, & id, quod Quid, in Arte scribit.

Forstian & primo venit tibi littera tristii.

Quaque roget ne se sollicitare uelis.

Quod rogari illa sumet, quod non rogat, optat, ut insiles, dicit ergo.

Helenz

HELENAE PARIDI.

EPISTOLA XVI.



VNC oculos tua cum uiolarit
epistola nostros:
Non rescribendi gloria uisa
leuis.
Ausus es hospitiis temeratis ad
uena sacriss.

Legitimam nuptę sollicitare fidem?
Scilicet iccirco uentosa per æquora uectum.
Excipit portu Tænaris ora suo?
Nec tibi diuersa quamuis à gente uenires:
Oppositas habuit regia nostra fores?
Esset ut officii merces iniuria tantis?
Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras?
Nec dubito, quin hæc, cum sit tam iuxta: uocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.
Rustica sum sanè: dum non oblita pudoris:
Dumque tenor uitæ sit sine labe meæ.
Si non est fieri tristis mihi uultus in ore:
Nec sedeo duris torua supercilii?
Fama tamè clara est: & adhuc sine crimine uixi:
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror: quæ sit fiducia cœpto:
Spemque tori dederit quæ tibi causa mei.
An, quia uim nobis Neptunius * intulit heros:
Rapta semel, uideor bis quoque digna rapi?
Crimen erat nostrum, si delinita fuisset:
Cum sim repta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen è facto fructu tulit ille petutum:
Excepto redii passa timore nihil.
Oscula * luctanti tantummodo pauca proterquis
Abstulit: ulterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset.
Dii melius: similis non fuit ille tui.

Concedéatis est. (Dū) Pro dū modo. (Tenor) Perseuerant: a. (Sine labe) sine macula, & infra
mia. (Si nō) Respödet ei parti, q̄ dixit. Vultu nō cetera duro Perlege, sed formæ cōueniente
eux dicit. n. quod si nō est seueri, & duri uultus, est tamē pudica. (Torua) Terribilis. (Super
ciliis) Quib. ostēditur seueritas. Virg. Cōueniēs Latio pone superciliū. (Vixi) Legitur &
lusi. i. sui lcta, & iocata sum, salina tamen pudicitia mea. (Laudē de me) Vt possit se iactare de
cōcubitu meo. (Quo) Qua re, quam ob rem. (Cœpro) Audaciz tue. (Meitor) Mei con-
cubitus.



VM tua epi H V B.
sto.) Qua co
natus ale
nare me ab
amoremari
ti, & ad tuū
folius citare.
(Viola-
rit) Læserit. (Non rescribendi)
sunt qui ita dicunt, gloria nō re-
scribendi est uisa mihi leuis. i. sa
ciliis. sed melius, Leuis, pro uili,
& parua accipitur, uel certe sic
uerius, gloria rescribendi est ui-
sa mihi non leuis. i. non parua. i.
putau magnam gloriam mihi
fore rescribere tibi, quia affecti-
sti me magna iniuria. (Ausus)
Obiicit ei ingratitudinem, &
imprietatem, quod uiolauerit iu-
ra hospitiis. (Temeratis) Viola-
tis. (Sacriss) Quia, quando ali-
quis vir magnis excipiebatur ho-
spitio, ioui, & diis hospitalibus
sacra siebat, quod Virg. Ostēdit
lib. 1. Aen. cū Dido Aeneā exce-
pit. Sic memorat, simul Aeneā i
regia ducit honorē. Tecta, simul
diuū tēplis dicit (Solicitate) Cō * Lusi
mouere. (s. l.) Dictio est apta ad
ironiā, & idignationē. (Tænaris)
Laonica (Oppositas) Occlusa
tibi. (Agere diuersa) Remota, &
q̄ nobiscū non habuisset cōsuetu * attulic
diuem. (Iccirco) Propter Hanc
heros: causam. (Vt iniuria) Quā pars
mihi inferre. (Esset merces). i. re
muneratio, & prēmium. (Tanti
off.). i. bene ieci accepti a nobis.
(Sic) Ea intētione, ut mihi ini-
riam facheres & me abduceres.
Hostis aut̄ hospes) Quasi dicat *luctan
poti* hostis. (Nec duris). i. scio, do.
q̄ licet iuste de te cōquerat, iudi-
cabis me tamen rusticā, quæ cō-
querar de eo, q̄ me amet. (Sim)
Concedēatis est. (Dū) Pro dū modo. (Tenor) Perseuerant: a. (Sine labe) sine macula, & infra
mia. (Si nō) Respödet ei parti, q̄ dixit. Vultu nō cetera duro Perlege, sed formæ cōueniente
eux dicit. n. quod si nō est seueri, & duri uultus, est tamē pudica. (Torua) Terribilis. (Super
ciliis) Quib. ostēditur seueritas. Virg. Cōueniēs Latio pone superciliū. (Vixi) Legitur &
lusi. i. sui lcta, & iocata sum, salina tamen pudicitia mea. (Laudē de me) Vt possit se iactare de
cōcubitu meo. (Quo) Qua re, quam ob rem. (Cœpro) Audaciz tue. (Meitor) Mei con-
cubitus.

HELEN AE

cubitus. (Neptunius heros). i. Theseus nepos Neptuni. (Attulit vim): si in rapiendo. (Rapta, semel) A Theseo. (Bis) Etiam à te. Adeo etendum est. quod, licet hoc exemplum videatur dissuadere Paridi, ne eam rapiat, tamen latenter ad iucitandum possum est. (Delinita). i. blanditijs caprata, & illecta. (Erat nollrum crimen). i. fuisse mca culpa. (Rapta) Violenter abducta, (Quid fuit meum). i. quid potuit imputari mihi? (Nisi nolle). i. quid nolui, & voluntas mea non fuit. (Ex factio). i. ex rapina sua. (Petitum) Dehideratum. (Redi) Ab eo discessi. (Passa nihil excepto timore) Quz nihil ab eo malii habui, nisi quod timui. (Abstulit) Accepit. (Luctando) Contendendo, non spote mea. (Nil mei). Nil de me. (Vlterius) Ultra Oscula. (Quz tua) Dum simulat Helena se dicere iniuriam Paridi, cū magis incitat, dicit enim, tu non fuisse contentus his quia voluisses aliud proter oscula. Ordo est. (Nequicia) i. libido, v, Nequicia est, quae non finit esse senem. (Quz est tua) Quz est tibi. (Non suis set contenta his) i. paucis osculis. (Dij melius) Voluerunt, & consulerunt mihi. (Similis tui) Ita proterius, & libidinosus, vt tu es quia me viviasset.

A S C. N V N C oculos &c.) Epistola hæc responsua Helenæ parum quidem in rebus difficultatis habet, eo quod argumenum à Paridis epistola dependet, nec multum in verbis, est. n. facilior, & pedestrior, quam Ouidiana compositio, vnde ex sola Phrasibz Ouidianam neges. In principio autem alij nunc, alij tunc legunt, & vtrunque tollerari potest. Ego autem legere potius nunc, sub hoc sensu. Cum s. sit, quod epistola tua. (Violarit) Pro violauerit, hoc est leserit. (Nunc nostros oculos) Quia ante hac nihil spurcum, aut lascivium viderat, aut legerant (nam & oculi legunt) Gloria non rescribendi). i. quz esset ei non rescribendo. (Est mihi vila leuis). i. modica. Praesupponit ergo peccatum esse in legendis epistolis amatorij, & in rescribendo, sed maius in legendis, vtque adeo, vt violata legendum parum gloriae mereatur nos rescribendo, & is certe animus est mulieribus, vbi semel libata est pudicitia, nihil in eis post illam commendandum est. Et ideo (vt monet Naso noster) Principis obstatum est. Nam quia ex visu, cuius prima est amoris linea, ad alias gradatim peruenitur, quia ergo viola: am se sensit legedo, parusfacit, ne amplius violetur rescribendo. Rescribit tamen criminando, sed ea quoq; est mulierum natura, vt quod libentissime factura sunt, in principio negent, sic ramen, ut nisi intes, ipse se corrigit, & placari posse significet. De iure hospititalitatis autem licias, quod id apud antiquos erat scilicet, ita vt Iouem i præesse significant. vnde i. Aen. Iupiter (hospitibus nam te dare iuria loquutur) &c. Erat autem hq spicium amicitie non mercedis gratia, nam capona dicitur diuersorum mercenarium, qd tunc non tam frequens erat, vt nunc, qua pp necessere erat sibi hospites comparare, inter quos magna fides obserbatur, quani Paris solicito coniugem hospitis violasse criminatur. (Ora Texanis) Pro tenaria, nam texarius promontoriu est Laconiz pro quo imperiri. Texarius legunt apud Alexandru. Texarius inferni &c. (Hospes, an hostis eras,) q.d. potius hostis, qui sit non cum tanta hospitalitate, sed tali animo intrabas. (Nec dubito) Callide iudicium illius laudat suamq; pudicitia cōmedat, in qua videlicet laborat. (Vultus tristis) Seuerus, & atrox. Et bene vultus potius, quam facies. Nam vultus quasi a volendo dñ, facies a faciendo, & ita facies a factore ht, nec mutatur. (Vultus) A voluntate alius, & alius sit. (Et laudem) Quasi laudis sit habuisse commercium cum tam formosa, quo verbo audacia Paridis potius probat, quam damnet, sed mire in se crimen censeret, quod in illo laudem, quasi mulieri sit crimen, quod viro laudi datur, ita enim mundo videtur, cum eadem sit vtriusq; apud Deum censura. (Neptunius heros) Theseus. (Meum). i. mea opis, & facultatis. (Quid nis, nolle fuit?) q.d. nihil. Et ideo quia citra consensum nemo peccat immunis est a crimen, licet contra voluntatem rapta. (Nihil habet ille mei) Latine, & signanter dictum, & plus, quam si diceret, nil habet ille meum, quia tunc de rebus suis loqueretur, nunc de se, (Similis tui) Etiam eleganter dictum. Nam similis cum de moribus agitur, potius genitio iungitur.

H V,B. M Odestia) Iphius Thesei. Reddidit intactam: minuitq; modestia crimen:
(Minuitque crimen) Cul pam rapina. (Thesea pœnituit) Et iuuenem facti pœnituisse putet.
Interrogative legendum est, q.d. Thesea pœnituit: Paris vt succederet illi:
Nequando

- Nequando nomen non sit in ore meum.
 Nec tamen irascer: quis enim succenset amanti?
 Si modo, quem præfers, non simulatur amor.
 Hoc quoq; enim dubito: non quod fiducia desit:
 Aut mea sit facies non bene nota mihi:
 Sed quia crudelitas damno solet esse puellis:
 Verbaque dicuntur vestra carere fide.
 At peccant alii: matronaque rara pudica est:
 Quis prohibet raris nomen inefle meum?
 Nam mea quod visa est tibi mater idonea: cuius
 Exemplo fleti me quoque posse putas:
 Matris in admisso falsa sub imagine lusæ
 Error inest: pluma tectus adulter erat.
 Nil ego, si peccem, possum nescisse: nec vllus
 Error, qui facti crimen obumbret, erit.
 Illa bene errauit: vitiumque auctore redemit.
 Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
 Et genus, & proauios, & regia nomina iactas.
 Clara domus satis hæc nobilitate sua est.
 Jupiter ut socii proaui taceatur, & omne
 Tantalidae Pelopis, Tyndareique genus:
 Dat mihi Læda Iouem Cycno decepta parétem:
 Quæ falsam gremio credula fouit auem.
 Thunc: & Phrygiæ: claræ primordia gentis,
 Cumque suo Priamo Laomedonta refer.

dulter) Jupiter. (Possum nescisse nil). i. scio, quid peccem, neque possum excusari per ignorantiam, nam dux negationes affirman. (Adumbret) Tegat. (Illæ) Alia excusatio. (Vitium) Crimen suum. (Redemit) Recompensauit. (Auctorem) Propter auctorem, quia Iupiter. (Felix in culpa) i. bene peccasse. (Quo Ioue) i. Qua magna excusatione, quia tu non es Iupiter, quo possum excusari. (Quod genus) Respondebat ad id, quod dixerat. Phryx erat, & item. (Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem Lumina. (Hæc domus) Mea & Menelai. (Iupiter) Commemorat nobilitatem suam cum nobilitate mariti. (Vt) Quamvis. (Proaui socii) i. Atrei diximus supra, Tantalo filium suisce Iouis. Tantalus genuit Pelopem: Pelops Atreum, unde Agamemnon, & Menelaus, licet quidam eos Plisthenis suisce dicant. (Tyndarei) Patris mei putatiui (In nunc) q.d. frustra iactas genus tuum. (Primordia) Initia. (Suo) scilicet filio.

M I N V I T Q. V. E. modestia) Quia osculus contentus erat. / Neq; nomen non sit in AS C. ore meum) Semper sit ore vulgi de me loquentis, & de amatoribus meis. (Nec tñ irascer) Incipit condescendere, & pati se amari, & ut muliebris naturæ decorum seruat agnoscas, plus se moueri facetur forma, & amore Paridis, quam genere, aut diuitijs. Hoc quoq; enim dubito) Ordo est. Ego enim dubito. (Quoque) id est etiam. (Hoc) A se licet amor tuus in me simulet. (Non quid) i. quia. (Fiducia) i. bene cōfidendi de me ratio desit, aut quia mea facies nō sit bene nota mihi. Fallimur enim plerumq; in indicandis rebus nostris. (Sed quia credulitas damno solet esse puellis) Hoc est, licet, quia amabilis sum, confidam me amari, ta Epist. Quid.

an ideo pœnituit, vt tu postea
 nie raperes? (Ne quando) i. vt
 semper homines de me loquen-
 tur. (Nec tamen irascer) Ecce
 more muliebri iam incipit con-
 ciliari Paridi, & ei blandiri.
 (Quis) Nisi vultus, & stulta
 (Præfers) Ostendis. (Nou finiu-
 atur) id est non est fictus, quia
 Paris dixit. (Attulimus flamas
 non hic inuenimus illas. (Dubi-
 to hoc) Ne amor tuus sit umula-
 tus. (Fiducia) Mea pulchritudi-
 nis. (Credulitas) Facile crede-
 re, multæ enim propter hoc se-
 pe decipiuntur. (Verba vestra)
 id est virorum. (Larcere fide) Te
 rent, in And. Fidelem haud fer-
 mè mulieri inuenias virum. (At
 peccant) Quia dixerat: Lis est
 cum forma magna pudicitia, di-
 cit se velle esse inter Saras, id est
 inter eas, quæ seruant pudici-
 tam. (At peccant alii) Obie-
 ctio. (Quis prohibet) Respon-
 sio obiectionis. (Nā mea) Quia
 Paris dixerat, Hæc tibi nempe
 patrem sura dedere Iouem. Ad
 respondet, ni patrem posse excusa-
 ri, quia decepta sit, s; vero nul-
 lam posse habere excusationem
 imprudentiæ. (Admillo) Deli-
 eto. (Sub imagine) Cygni. (A-

* Leua-
uit.

men, quia credulitas multis obsuit, vetor credere, & potissimum quia Troiani perfidi, & per iuri perhibentur, aut potius generaliter in omnes auatores dictum est. (At) Recitat obiectionem Paridis conantis exemplo in crimen allicere, sed prudenter respondet turpiter aeterna. (Error). i. deceptio. (Inest in admisso), f. adulterio. (Matris lusus). i. deceptio. (Sub falsa imagine. Quia in specie Cycni cœcubuit cum Leda matre Helenæ Jupiter. Vnde addit, pluma tecus adulter erat. (Obubr). i. occultet, aut protegat ab infanitia. (Quo Ioue) q.d. nullo, sed manifestatio adulterio, & eoque mortali, cum sim ex Dco genita, atque immortalis habēda. (Genus Tyndarei) Sicut in epistola I aridis, securus Thucydidem declinavit à nomine natiuo Tyndarco, huius Tyndarei, pro quo nos Tyndarus Tyndari.

HV B.

SVspicio) Veneror. (Sed qui tibi gloria magna est,) Id est sed is, quo tu potissimum gloria ris, quintus est tibi in ordine, & mihi est primus. Iouem autem significat, nā Helenæ primus est, quia eist pater: Paridi vero, quintus, quia Iupiter genuit Dardanus ex Electa, 'Dardan' Erichthoniū, Erichtonius Troe, Tros Ilumi, Ilus Laomedonta, Laome don Priamum, Priamus Parim, & reliquos filios. ergo quintus est Iupiter à Paride exclusus. (Sceptra) Re' pondet ad id, quod dixerat: Sceptra parés Aſte, qua nulla potentior ora est: Finibus immensis vix obeunda tener &c. (Hec) Noſtra Græca. (Si iam di uitij) Quia Paris dixerat, O quoties dices, quām pauper Achaea noſtra est: Vna domus que viis virbis habebit opes, dicit, q̄ si terra sua vincitur diuitijs, saltē hoc habet, q̄ non barbara, sicut terra Troiana. (Munera) Dixit enim ipſe, Dona parens fratresque, & cum genitrice sorores, &c. ad hoc responderet, quod si vellet ei obsequi, faceres potius eius causa, quām causa numerum, quia turpiter ingenuum munera corpus emunt. Transire fines pudoris). i. verecundia, & est sermo Ciceronis ad Lucecum. Nam qui femel verecundia, fines transferit &c. (Non sperno). i. accepto, & grata sunt liptote est. Virg. Munera nec sperno. (Munera sunt, auctor que pretiosa facit) Sententia est color, & est sensus. (Munera, que auctor). i. ille qui dat. (Facit pretiosa) Facit digna: nam munera pro dignitate dantis premium capiunt. (Sunt acceptissima) Sunt gratissima. (Plus multo), f. est mihi. (Quod amas) i. multo pluris facio amorem tuum. (Per tam longas aquas) Quia dixit supra, Attulimus flammam hue, non inuenimus illas. Hx mihi tam longe causa tuere vix. (Illa quoque) Respondebat ad id, quod dixit. Ah quoties aliquem cantauit potius amorem &c. que sequuntur.

ASC.

QVO S ego suspicio). i. non cōtemno, nec despicio, sed suspicio, quasi inferior aspicio. (Sed is). f. Iupiter. (Qui existēs tibi gloria magna, est quintus). f. à vestro sanguine erit pri mus à noſtro sanguine. (Tua epistola diues). f. pollicitationibus nā vt dicte nabo. Pollicitis diues, quilibet est potest. (Sed si iani vellem) Ingenue sati, sed mulieri affectione. (Vtque ea non sperno) Liptote. i. gratan ter accipio, sicut in illo Virgiliano. Munera nec sperno sic acceptissima semper &c. Prouerbia le est quod in Eunucho diciū sic à Gnathone ad militem

qua

quarente. Ait tu lata est? Non tam ipso quidem dono, quam q[uod] abs te datu[m], id vero serio triumphas. (Plus multo est). s. q[uod] amas. Non, id quod amas, intelligimus, sed quia amas, & ita in reliquis. (Illa quoq[ue]) Docet signa amoris eius se notasse. Ordo est. (Quamuis ego ex periar dissimilare). s. an possim, tamen super ego. (Noto). i. obseruo, & annoto. (Illa). s. ligna. (Quod improba). i. improbabla. (Facis nunc mensa apolita). i. postea mensa apposita est. (Tu lasciuie) Nam extra carmen diceretur lascivus, ut docet ualia. (Nec est aduerbiu[m] lasciuie, quia hoc ultimam produceret.

Quos uix instantes lumina nostra ferunt.
Et modo suspiras: modo pocula proxima nobis
*Sumis: quaque bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
Signa supercilio penè loquente dari.
Et saxe extimui, ne uir meus illa uidetur:
Non satis occultis erubui que notis.
Saxe uel exiguo, uel longo murmure dixi.
Nil pudet hunc: nec vox hec mea falsa fuit.
Orbe quoque in mensa legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit: amo.
Credere me tamen hoc oculo renuente negauit:
Hei mihi, iam didici, sic quoque posse loqui.
His ego blanditiis, si peccatura fuissim,
Flechterer: his poterant peccata nostra capi.
Est quoque (confiteor) facies tibi rara: potestq[ue];
Velle suo amplexus ire puella tuos
Altera sed potius felix sine criminе fiat:
Quād cadat externo noster amore pudor.
Disce meo exemplo, formosis posse carere:
Est uirtus placitis abstinentie bonis.
Quād multos credis iuuenes optasse q[uod] optas?
Qui sapiant, oculos in Paris unus habet?
Non tu plus cernis: sed plus temerarius andes:
*Nec tibi plus cordis, sed inimicu[m] oris adest.

leges digitis, uerha notata mero. Idē in 2. de Ar. Blādi: iasq[ue]; leues tenui p[ro]scribere uiino. Ve dominā in mensa se legat illa tuā. (Renuēte) Nutu tibi gūlente. / Flechterer Mouerer, induce ref. (Si suisse p[ro]e.). i. si uoluisse fallere fidē cōiugij. (Est quoq[ue]) Rūdet ad id, q[uod] dixit. Nec puto collatus forma Menelaus & annis. Iudice te nobis anterēdus erit. (Velle) optare. (Felix) q[uod] habeat talē maritū, qualis es tu. (Sine cr.) sine culpa. i. altera, q[uod] nō sit nopta. (Cadar) Pereat. (Externo) Peregrino, qualis tu es. (Meo ex.) Que licet nō habeam maritū pulchrū tu eo sum cōrēta. (Est vir.) Soia est. / Placitis; q[uod] placuerit est. i. n. participiū, nō aut legendū ē placidis. (Quād mul. iu. q[uod] d. plurimi sunt. (Qui sap.). i. q[uod] intelligūt, & cognoscit. (An unus). i. an solus? q[uod] d. nō. / Plus cer.). i. plures uides, q[uod] alijs. (Sed plus audes). i. audaciores alij. (Cordis) Intellectus, & sensus. (Min⁹ oris) Minus ueretūdij, cuius os. i. facies testis est.

Q V O S. s. oculos tuos. (Instances). i. instanter me intuētes. (Lumina nostra). i. acies oculorum nostrorū. (Vix ferunt). i. tolerare, aut suffere possunt. (Ah quoties). Quasi dī-
Epist. Quid.

I Nstantes j. Fixe aspicientes.
(Nostra lumina nix ferunt)

H V B.

*Ouid.
1. de Ar
te. Fac
primus
capias
illius ta
cta la
bellis
Pocule,
quaque
bibit
parte
puelle
bibas.

Quia uix possum tantum tene
re oculos in tuos, quantum tu te
nes eos fixos in me. (Et modo
susp.) (Nam ipse dixit. Sæpe dedi
genit.) (Quia parte bibis) signū
est. n. a amoris ea parte poculi bi
bere, qua alius biberit. Ouid. in
1. Am. ad Amicā: Qua tu reddi
deris, ego primus pocula sumā.
Et, qua tu biberis, huc ego parte
bibā. Idē præcepit in 2. de Arte.
Fac primū rapias illius tacta la
bellis Pocula, quaq[ue] bibit parte
puella, bibas. (Digitis) Manu.
(Supercilio penè log.) i. ita decla
rare atū tuū, ac si locutus esses.
Ipse i amorib. Verba superciliis
sine uoce loquentia dicā. Idē in
2. de Arte, multa superciliis,
multa loquare notis. (Eribū)
Puduit me. (Notis) signis. (Nō
satis occultis). id est nimis ma
nifestis. (Exiguo mur.) Temui, &
submissa uoce ne audiret. (Hūc)
Paridē. (Nec uxor fuit falsa). i.
& uera dixi. (In orbe mense). i.
in mensa, q[uod] rotunda siebat apud
antiquos. Iuuen. Magno[n]is nisi su
stinet orbes Grāde ebūt. (Dedu
cta) Diuisa. Onid. in am. Verba * Nos

A S C.

cat frequentissime. (Notau signa tecta). i. occulta. (Dari digitis, & supercilio penè. i. quasi loquente. (Orbe quoque) Videtur sensus, & ordo. (Ego quoque legi in orbe mense). i. quo utebaris in mensa, vulgus scissoria, aut incisoria vocat sub nostro nomine nam in oribus argentis, ac aureis solent dominorum nomina ab artificibus inscribi) Legi, inquit, amo illud verbum amò, quod fecit litera deduxa. (Mero). i. vino loco attractum, sive incalusti, ut significet Paris se amare Helenam; cuius nomen superius possumus erat. Aliter exponit superior interpres, tu vtrumvis sequere lector. (Est virtus placitis) Aureum verbum. (An Paris vnum). i. solus habes? Paris in vocatio latine dixit, cum visitatus Pari dicatur.

H V B.

Tunc ego) Dicit, quodd vellet eum venisse ad petetum ipsam vxorem cum erat ubilibus, & à multis petebatur, quia præposuisset eū omnibus. (Vir) Menela" parcer mihi, si hoc dico, quia etiā præpositum te ei. (Ad) dicit eū nunc sero venisse quia iam est coniuncta, & dicata alij (Ad possessa) Ad eū gaudia, quæ aliorum sunt. (Præcepta) Præoccupata, nam talia sunt prius occupatum. (Lenta) Pigra. (Alter) Menelaus. (Vt tamen) dicit; & quāuis libenter suisset eius cōiux, si venisset in tēpore, tñ nō est sic in uita, & male libēter cum Menelao, vt iuuc optet esse cōiux Paridis. (Vt optarem) i. cuperem. (Desine) Repellit eū a se, ne amplius eam verbis soliciter. (Conuellere) Conimouere, labefactare, & facere vacillare. (Molle) Muliebre, & per cōsequēns mutabile. (Ne noce mihi) solicitando me. (Quam) Me. (Sine) Permitte, patere me. (Tueri) seruare. (Sortem) Conditionem. (Spolium) Rapinam. (Turpiter) id est cū infamia mea. (At Venus) Ad id, quod dixit: Pollicita est thalano te, Cytherea meo. (Et in aliæ vallibus Idæ) Propter illud: Dumquæ tuo possem circum dare brachia collo, contenta est virtus Pallade dñe mihi: Cum Venus, & Iuno, Pallasque in valibus Idæ Corpora iudicio supposuere meo. (Vna) Iuno. (Altera) Pallas. (Tertia) Venus. (Tyndaridis) Helenæ. (Arbitrio) Iudicio. (Vt) Quamuis. (Altera pars) Quāni dicas scilicet ego dicar data (Precium), i. merces, & remuneratio. (Iudicij) Quod pro Venere tulisti. (Non est). i. non tm confido meq pulchritudini, vt creda me datam tibi à deo pro maximis donis, quæ tibi dari potuerūt. (Cōtentæ est). i. satis est mihi, quod hoies, & mortales laudēt pulchritudinē meā. sed qd Venus laudauerit vt dicas, vereor, que decipiār. (Insidiosa) fraudē

* Insidiosa.

Tunc ego te vellem celeri venisse carinē: Cum me virginitas mille petita procis.
Si te vidissem, primus de mille fuisse
Iudicio veniam vir dabit ipse meo.
Ad possessa venis, præceptaque gaudia serus:
Spes tua lenta fuit: quod petis, alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux:
Inuitam sic me non Menelaus habet
Desire molle precor verbis conuellere pectus:
Ne ue mihi, nam tu dicas amare, noce.
Sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri.
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est: & in altæ vallibus Idæ
Tres tibi se nudas exhibuere dea:
Vnaque cum regnum, bellii darct altera laudem:
Tyndaridis coniux tertia dixit eris.
Credere vix equidem cœlestia numina possunt.
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Vtque sit hoc verum: certe pars altera facta est:
Iudicii precium qua data dicar ego.
Non est tanta mei fiducia corporis: vt me
Maxima teste dea dona fuisse putem.
Contēta est oculis hominum mea forma probaz.
Laudatrix Venus est inuidiosa mihi. (ri:
Sed nihil insirmo: fauco quoque laudibus istis:
Nam mea vox quare, quod cupid, esse neger?
Nec tu succens nimium mihi, creditus ægre:
Tarda solet magnis rebus inesse fides.

parans

parans.(Infirmo) Nego.(Fauco) Assentior. (Quod cupio esse). s. pulchra. (Nec tu) Sensus est, nec tu irascere mihi, si uix credo tibi, quod iudicio Veneris sim existimata pulcherrima. (Tu creditus) De his, quæ de medicis. (Nimium xgre) Nimium difficile. (Nec succens) Nec irascere. (Tarda). i. magnæ res non cito solent credi, eit autem sententia rhetorica.

P R O C L I S Sunt, qui pertinet connubium. (Ad possessa,) Id est ad res possessas. i. ad me possellam, aut ad gaudia possella, & precepta. (Desini molle) Vide quam prudenter amorem moneat, nani dicendo: Deince molle precor uerbis conuclere pectus, significat molle conuelli posse, si ille nō desuierit. (At Venus hoc pacta est) Callide dewenit ad id, quod maxime affectat, significans Venerem auctorem fote, si quid committat criminis. (Laudatrix iudiciosa) Quia per laudes eius provocare in adulterium.

Prima mea est igitur, Veneri placuisse, uoluptas:

Proxima, me uisam præmia summa tibi:

Nec te Palladios, nec te Iunonis honores

Auditis Helenes præposuisse bonis.

Ergo ego sum Virtus: ego sum tibi nobile regnum

Ferrea sim: si non hoc ego pectus amem.

Ferrea crede mihi non sum: sed amare recuso

Illum: quem fieri uix puto posse meum.

Quid bibulum curuo proscindere littus aratro,

Spemque sequi coner, quam locus ipse negat?

Sum rufis ad Veneris furtum: nullaque fidem

(Dii mihi sunt testes) lusimus arte uirum.

Nūc quoq; quod tacito mādo mea uerba libello:

Fungitur officio littera nostra nouo.

Felices, quibus usus adest: ego nescia rerum

Difficilem culpa suspicor esse uiam.

Ipse malo metus est: iam nunc confundor: & oēs

In nostris oculos uultibus esse reor.

Nec reor hoc falso: sensi mala murmura uulgi:

Et quasdam uoces rettulit Achbra mihi.

At tu dissimula nisi si desistere mauis:

Sed cur desistas? dissimulare potes.

Lude: sed occulte: maior, non maxima nobis

Est data libertas, quod Menelaus abest.

gerere.) Quid coner? Quid tentem? (Bibulum) Epitheton littoris, & arenæ. (Spem, quam locus ipse neger) Quæ naturaliter ex ipso loco non possit haberi, sed per hanc similitudinem intellexit amorem Paridis. (Sum rufis) Adduxit rationes, quare hæc spes uideatur negari & argui à moribus suis, & ante acta vita. (Rufis) Noua, imperita. (Lusimus) Decepimus. Virg. Quid natum toties crudelis tu quoque falsis Ludis imaginibus? (Nulla arte) Nulla fraude, nunquam decepi maritum meum. (Dii mihi sunt testes) id est Dii sciunt, & est parenthesis. (Nunc quoq;) Dicit se nunq; ante scripsisse ad aliquem alium. (Tacito libello) secrete epist. (Nouo) In uitato. (Vsus). i. experientia, & exercitatio. (Nescia) Impedita. (Suspicio uiam difficile) Quia qui habitum fecit non peccandi, nescit quo incipiat peccare.

P R I M A Præcipua. (Proxima)

S E C U N D A. (Me uisam tibi) Me putaram, & indicaram. (Summa)

subaudi mihi uoluptas. / Te non præposuisse, honores Palladios) Quos Pallas offerebat. (Bonis auditis Helenæ,) Idei pulchritudini meæ, quam nunquā uideras, sed tantum audieras.

(Ego sum uirtus, &c.) id est ergo me pro uirtute, me pro regno,

quod à Iunone promitebatur, acceperisti. (Sum) Pro ero. (Ferrea) Dura, inhumana. (Si non amem hoc pectus) id est tales

animum tuum, & ita ostendit, quod diximus supra in epist. Pa-

ridis, mulieres laudibus suç pul-

chritudinis delectant. Delectat etiam castas præconia formæ.

sed quia dixit se esse ferream, ni-

si amer tales in se animum, pos-

ses dicere Paris quare ergo non

amas me? responder, dicens, se

nolle amare eum, quem uix spe-

rat unquam posse esse suum, sed

cum dixit, uix, dedit aliquam

spem, non enim omnino nega-

uit se putare. (Quid bibulum)

Ex similitudine ostendit, non es

se fibi sequendum amorem Pari-

dis, cui non sit possibile morem

gerere.) Quid coner? Quid tentem? (Bibulum) Epitheton littoris, & arenæ. (Spem, quam

locus ipse neger) Quæ naturaliter ex ipso loco non possit haberi, sed per hanc similitudinem

intellexit amorem Paridis. (Sum rufis) Adduxit rationes, quare hæc spes uideatur

negari & argui à moribus suis, & ante acta vita. (Rufis) Noua, imperita. (Lusimus) Decepimus. Virg. Quid natum toties crudelis tu quoque falsis Ludis imaginibus? (Nulla arte)

Nulla fraude, nunquam decepi maritum meum. (Dii mihi sunt testes) id est Dii sciunt, &

est parenthesis. (Nunc quoq;) Dicit se nunq; ante scripsisse ad aliquem alium. (Tacito libello) secrete epist. (Nouo) In uitato. (Vsus). i. experientia, & exercitatio. (Nescia) Impedita. (Suspicio uiam difficile) Quia qui habitum fecit non peccandi, nescit quo incipiat peccare.

care. (Ipse metus est malo). i. timor iam nocet mihi? Iam nunc, antequam peccem. (Oes oculos esse in meis vultibus). i. puro oes me iam respicere, & habere oculos in me conuersos, & dicere haec est, quæ maritum decepit, quæ est adultera. (Falso) Sine causa. (Sensi) Percep-i, intellexi. (Murmura) Sufurros quoddam me. (Aethra) Comes mea. (Quasdam uoces) Quæ de me, & te dñr. (Diffimula) Occulta, & ostēde nihil esse. (Nisi tu mavis). i. potius uis. (Desistere) Cessare ab amore meo. (Sed cur desistas?) Latenter ostēdit sibi gratum esse, sibi quod pergit. (Occulte) Caute, ne aliquis aduerterat. (Maior) Quia Paris dixerat, Sed tibi & hoc suaderet rebus, non uoce maritus: Ne ue sui furtis hospitis abest, abest: responderet ipse, se esse aliquanto in maiore libertate q̄ si maritus adesset, non th habere maximam, ut possit facere, quod uelit. (Maior) Quam si adesset. (Sed non maxima) Quia etiam obseruor.

ASC.

BONIS Helenz), formositati. (Felices quibus usus adest) Paulatinu in cōfessum de labitur, nam uelle significat, sed nō audere. (Ipse malo metus est) i. metus mali, qui solet à malo detinere. (Est mihi malo). i. ad malum. i. ad infamiam, quia qui audacter, & confidenter peccant, præ se ferunt in innocentiam, ac rubescentes confitentur culpā, quam vultu produnt, uelit ergo affluera esse, & nō metuere, ne agnoscatur. (Aethra) Et Clymene propria sunt nomina pedissequarum. (At tu diffimula, &) Id sp̄e aperit poëta, quod mulieribus sp̄e in uoto est, uelle. s. cōmittere culpam, si citra infamiam possent, unde cohortatur, ut diffimulet.

HVB.

Ile) Menelaus. (Procul) Longe. (Re cogente) id est necessitate exigente. (Piz) Profectio-nis eius. (Sic iussum est) scilicet eundem. Cum dubitaret, an iret. Ostendit Menelaum sine consilio suo non discessisse. (rediturus quamprimum) Vna di-ctio composita. (Letatus omne) i. accipiens pro bono omne, qđ ego dixi s̄m ei, ut iret. (Res) Patrimonium uestrum. (Domus) Familia. (Troicus hospes) Paris. (Sit tibi curz) Et hoc est, quod Paris dixit enni mandasse, cum dixit Aldei mando tibi, dixit ieurus. Curam pro nobis hospitis uxor apas. (Vix tenui ri-sum) cum uid̄i eum ita stultum, ut mibi commendaret eum, qui sibi nocere posset. (Compescere) Cohibere. (Lector) Nitor. (Brit) id est fieri, hoc est erit mihi commendaens. (Cretem) De est in. (Ideo) Ob hac causam s. quia abit. (Licere cuncta) i. oīa esse tibi licita: satīs. n. tibi esse debet, si potes me uidere, & alioqui, neque debes ulterius sperare licere tibi. (Absens). i. ēr absens. (Regibus) Principibus, qualis ipse est. (Lougas manus) Longam potestatem ēt in locis remotis. (Fama quoque) Dicit se ēt terreri metu infamiz, ne dicat adultera, q̄ derelicto marito legitimo secuta sit amatorē. (Est oneri). i. afferit onus & obligationē quandam pudice uiuēdi. (Quo) Quāto. (Cōstātius) Firmius. (Vestro ore) i. uerbis oīum uiroru. (Iustius) Deest eo. i. tāto, quāto. n. aliqua mulier magis laudatur, tā

Ille quidem procul est ita re cogente profectus:
Magna fuit subitæ, iustaq̄e causa uiræ.
At mihi sic iussum est. ego, cū dubitaret, an iret:
Quamprimum dixi, fac redditurus eas.
Omne latatus dedit oscula: resque, domusque,
Et tibi sit cura Troicus hospes, ait.
Vix tenui r̄sum: quem dum compescere luctor;
Nil illi potui dicere, præter, erit.
Vela quidem Creten uentis dedit ille socundis:
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc uir abest: ut me custodiat absens:
An nescis longas regibus esse manus?
Fama quoque est oneri: nam quo cōstantius ore
Laudamur uestros iustius ille timet.
Quę iuuat, ut nunc est, eadē mihi gloria dāno est:
Et melius fama uerba dedisse fuit.
Nec quod abest hic me tecum mirare reliqua:
Moribus, & uite credidit ille meæ.
De facie metuit: uitæ confidit: & illum
Securum probitas, forma timere facit.
Tempora ne pereant ultro data, præcipis: ut quę
Simplicis utamur commoditate uiri.

eo magis de ea timendum est, nam sola miseria caret inuidia. (Quæ iuuat) Latenter, inquit, si libet peccaret, si aderet, dicit. n. Gloria meæ famæ, & honestæ uitæ. (Quæ iuuat) Quæ delebat me. (Vt, i. sicut. (Nū est). i. honesta, vt nū est. (Et melius damno) Quia incitj mihi ruborem faciendi, quod à me petis, quod esset vtilius. (Et melius foret). i. vtilius mihi es-
set. (Dediisse verba famæ). i. decepsisse ipsam famam, & me non esse talem, qualem fama pre-
dicat, hoc est, melius esset nō obseruare fidem marito. Dare verba, est decipere. (Credidit)
Cohis est. (Moribus) Meis honestis. (Et uitæ) Ante perspecte. (De facie meruit). i. pulchri-
tudo mea facit illum timere, & suspicari de me, se vita cognita honella facit illum confide-
re. (De facie). i. propter faciem, & pulchritudinem. (Securum) sine cura, & timore. (Tempo-
ra ne pereant) Ad id, quod dixerat Paris. Ut te nec mea vox, nec te meus incitet ardor. Co-
gimus ipius commoditate frui. Aut erimus stulti &c. Respondens dicit.

I T A re). i. uilitate cogēte profectos. (Quamprimum dixi si rediturus. (Quamprimum) A S C.

i. valde cito, quod dictum ille pro felici omne sumēs mox profectus est. (Hospes Troicus)
Aut Troianus, aut quod illi gloriose est, à Troe ortus. (Erit) Comici dicūt, hēt, & est im-
periōse dictum, sed modeilius dixit. (Erit). i. curz. (An nescis longas) Prouerbiale est. (Fa-
ma quoq; est oneri) Veretur. n. famam bonam polluere. (Et melius fuit dedisse verba famæ)
i. souisse famam inanem, & decepsisse eam. (Nec quod ab est) Subcilis, & oratoria responsio.
Nam quod ille in cōtempliciam Menelai dixerat, ista in suam laudem vertit (suam dico He-
lenæ) ne barbare loqui putas. (De facie). i. propter pulchritudinem facie.

Et liber: & timeo; nec adhuc exacta voluntas

Est sati: in dubio pectora nostra labant.

Et vir abest nobis: & tu sine coniuge dormis:

Inque vicem tua me, te mea forma capit.

Et longe noctes: & iam sermone coimus:

Estu (me miseram) blandus, & vna domus.

Et peream, si non inuitent omnia culpam:

Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.

Quod male persuades, utinam bene cogere pos-

Sic mea rusticitas excutienda foret. (ses:

Vtilis interdum est ipsis iniuria passis.

Sic certe felix ipsa coacta forem:

Dum nouus est, cep: o potius pugnemus amori:

